


# Le meurtre de Pierre de Sernay, moine du prieuré de Saint-Victor de Genève

Édition des actes du procès (1402-1403)  
(Archives d'État de Genève, Procès criminels, 3<sup>e</sup> série, n. 1)



Travail réalisé dans le cadre du séminaire de master en histoire médiévale dirigé  
par FRANCO MORENZONI (printemps 2009) par JUAN-BENITO ALVAREZ,  
MATHIEU CAESAR, ELENA CHIESI, JOSEPHINE COUTURIER, PHILIPPE  
GENEQUAND, AURELIA LUGON, XAVIER MICHEL, RACHEL  
RICHTERICH, DALILA TOUMI

Nous remercions le personnel des Archives d'État de Genève pour son accueil et sa disponibilité, et tout particulièrement M. Pierre Flückiger (archiviste d'Etat), Mme Martine Piguët (archiviste) et Mme Sandra Coram-Mekkey (collaboratrice scientifique) pour leur aide.

Ne scribam vanum,  
Duc pia Virgo manum.

Contra Jaquemetum Tromberti, Petrum Gredelleti, olim badellos civitatis Gebenn., et alios qui de infrascriptis poterimus reperiri culpabiles.

Anno a Nativitate Domini millesimo quatercentesimo secundo, die XXIII mensis novembris, in civitate Gebenn., sequitur inquisicio et inquisitionis titulus et processus qui et que fiunt et fieri proponuntur ex mero officio curie videdogni Gebenn. illustris et magnifici principis domini nostri domini Amedei Sabaudie comitis, per me Girardum Perrussodi de Gez, notarium publicum, ex commissionibus et mandatis michi factis a prefatis dominis meo Sabaudie comite et vicedogno Gebenn., quarum commissionum et mandati tenores infra sunt descripti, fama publica referente et clamore vallido ac rumore populi referentibus et insignantibus nec non per evidenciam criminis notorii et manifesti, contra et adversus Jaquemetum Tromberti, Petrum Catellani dictum Gredellet, olim badellos curie vicedogni Gebenn., nec non omnes et singulos qui de infra scriptis ope, opere assensu, consensu, consilio, auxilio, favore, conductu, reductu poterunt quomodocumque reperiri culpabiles. Quoniam summus conditor de celorum sedibus constituit ut humanis nature †ferancium accreditate†<sup>a</sup> penarum reprimeret caliginem obumbratam que nonnunquam suis salutis inmemores sua cupiditate prothenus exservata que tot cothidie indebitas et illicitas novitates nituntur generare, quod nisi foret magistratus qui suos conatus obnoxios sua virtute et potestate reprimit et corrigit jus humani federis extra morum terminos extolleret, quippe ad corrigendum subditos ne maleficia remaneant impunita, cum cuiuslibet principis intersit suam provinciam recte gubernare, alterum non ledere, jus suum unicuique attribuere, processit dicta curia ad inquirendum super premissis veritatem ut, veritate ipsa reperta, culpabiles puniantur iusticia mediante, et cet.

<sup>a</sup> *textus corruptus*

<sup>[1v]</sup> Tenor littere vicedogni Gebenn.

Johannes de Verneto, vicedognus civitatis Gebenn. pro illustri et magnifico principe Domino Amedeo domino nostro Sabaudie comite, dilecto nostro Girardo Perrussodi de Gayo notario salutem. De tui legalitate, probitate et industria informati, te constituimus, ordinamus et creamus clericum curie nostre vicedognetus Gebenn., dumtaxat benefeceris nostreque fuerit voluntatis et te duxerimus revocandum ad faciendum per te et recipiendum omnes informationes, processus et inquisitiones et dicta testium testimonia, universa et singula facienda complendaque et exercenda que in dicto officio spectant, pertinent et incumbunt. Tu quidem nobiscum convenisti ad sancta Dei Evangelia, bona tua mobilia et immobilia propter hoc obligando, promisisti te in premissis et circa premissa fideliter habiturum. Super quibus omnibus et singulis tibi tenore presencium implenariam confirmamus potestatem, mandantes expresse omnibus et singulis badellis nostris et eorum cuilibet in solidum quatinus tibi in premissis pareant, obediant teque fortem faciant ad predicta exercenda cum penis et sine penis effectualiterque intendant. Datum Gebenn. die XXI mensis novembris anno Domini millesimo CCCC<sup>mo</sup>II<sup>o</sup> sub sigillo vicedognetus nostri in testimonio veritatis. Benedictus Bellibini.



primus <sup>[2r]</sup> In primis, super eo quod prenominati inquisiti, diu est per aliqua tempora, quamplures et in pluribus locis, consensu et consilio nonnullorum secacium intervenientibus, unionem et imprehisias fecerunt, statuerunt et ordinaverunt inter se personaliter et corporaliter offendere mortique tradere dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris extra muros civitatis Gebenn. ex malivolenciis et inimiciis in eum per ipsos inquisitos habitis temporibus jam lapsis.

II Item, super eo quod die veneris, que fuit dies XXI mensis julii nuper lapsi, que etiam fuit dies vigillie festi beate Marie Magdalene, hora prandii et per maiorem partem temporis ante dicti diei, erat et stetit dictus dominus Petrus de Sernay sanus et yllaris tam in suo conventu quam in civitate Gebenn., et maxime in domo habitationis domini Aymonis Salanchy iurisperiti mercatoris Gebenn., amici et parentis dicti domini Petri de Sernay, ubi et conversatus fuit cum pluribus personis fidedignis cum quibus erat negociaturus, specialiter cum ipso domino Aymone tam pro ipsius domini Petri suorumque amicorum quam sui conventus negociis experiendum et agendum.

III Item, super eo quod prenominati inculpati, dyabolica inspiratione imbuti, volentes eorum primum propositum in cordibus suis diu gestum ducere ad effectum, ex consensu et consilio quorundam insidiatorum dictum dominum Petrum insidiancium, scientes ipsum dominum Petrum in domo habitationis dicti domini Aymonis Salanchie, et ipso domino Petro a dicta domo sita in dicta civitate Gebenn. in carreria vocata dou Perron iuxta domum liberorum Johannis Camerarii ex parte superiori et a parte inferiori iuxta casale domus Yolende de Monteforti <sup>[2v]</sup> in qua habitat dictus dominus Aymo, separante vel<sup>a</sup> recedente ad dictum suum conventum Sancti Victoris, ipsoque domino Petro existente in via et carreria dicta douz Perron ante dictam domum eundo ad dictum suum conventum vel quo proposuerat paciffice et quiete nemini iniuriam facto vel verbo faciendo vel dicendo, venerunt prenominati inculpati et plures alii cum eis<sup>b</sup> ad dictum dominum Petrum armatis lauricis, cervicis, cum gladiis et ensibus et aliis armis, et eundem dominum Petrum pluribus vulneribus mortalibus, videlicet in manu et brachio destris duobus vel tribus vulneribus taliter quod medius digitus dicte manus fuit totaliter amputatus et tres alii digiti dicte manus, videlicet index, medius et auricularis, cissi fuerant taliter quod fere cadebant, et uno alio vulnere letali in capite supra aurem destram ad quatuor digitos quod dicitur mortale et in pluribus aliis locis sui corporis mortaliter ipsum dominum Petrum vulneraverunt et<sup>c</sup> cassaverunt et male tractaverunt, ex quibus vulneribus magna sanguinis effusio emanavit in grande dampno, et cet.

IIII Item, super eo quod prenominati malefactores de premissis non contenti, gladium dicti domini Petri quem portabat subtus anpellandam suam ceperunt et quicquid de ipso gladio facere voluerunt fecerunt, ipsumque secum deportaverunt tamquam predones et adhuc retinent in grande dampno, et cet.

<sup>a</sup> vel] et *a.c.*

<sup>b</sup> eis] ipsi *a.c.*

<sup>c</sup> et] *om. a.c.*

- V Item, super eo quod prenominati malefactores et inquisiti, sencientes se de premissis culpabiles, incontinenti ipso domino Petro, sicut predictur, per ipsos leso, vulnerato, cassato et maletractato, quo voluerunt se retraxerunt, ipsumque dominum Petrum in dicto loco ut predictum est maletractatum dimiserunt.
- VI <sup>[3r]</sup> Item, super eo quod dictis maleficiis in personam dicti domini Petri per prenomatos culpabiles perpetratis, ipse dominus Petrus fuit ibidem visus et repertus per plures personas que ad rumorem supervenerunt lesus, vulneratus et maletractatus, ut prefertur, carens omnimoda sue manus lese potestate, ductusque ad domum habitationis ipsius domini Aymonis primo et inde, paulo post, ad domum liberorum dicti Johannis Camerarii.
- VII Item, super eo quod dictus dominus Petrus ex dictis vulneribus et cassuris in lecto egrotans et infirmus a dicta die veneris usque die tertia mensis augusti nuper et proxime preteriti laborando egrotans, languens et infirmus stetit et passus fuit.
- VIII Item, super eo quod die tertia dicti mensis augusti nuper preteriti, que fuit dies dicta in dicti mensis, ex dictis vulneribus et cassuris dictus dominus Petrus expiravit et spiritum exalavit, mortuusque fuit et corpus ipsius die predicta ecclesiastice sepulture in cimisterio Sancti Victoris predicti traditum.

Que omnia et singula maleficia suprascripta dicuntur fore et fuisse facta et perpetrata per Jaquemetum Tromberti et Petrum Catellini dictum Gredellet et eorum coadiutorum etiam complures. Et contra eosdem Jaquemetum et Petrum et eorum complices curia predicta presumit et supputatur rationibus et articulis indiciorum infra scriptis.

- Primus <sup>[3v]</sup> Primo quod dicti Jaquemetus et Petrus ipsa die veneris qua dictus dominus Petrus vulneratus fuit, et ante per aliqua tempora, erant malivoli et inimici dicti domini Petri de Sernay monachi supradicti.
- II Item, quod plures et in pluribus locis in civitate Gebenn. et coram pluribus personis fidedignis dicti Jaquemetus et Petrus minati fuerunt dicto monacho, potissime ipsa die veneris de mane in Burgo Foris ubi dixit dictus Gredeletus : ‘isti monachi Sancti Victoris habebunt ista die mal matins’.
- III Item, quod ipsa die veneris qua fuit vulneratus dictus dominus Petrus, de mane, dum gentabantur in taberna in domo Guillelmi Grumaux, dicti Jaquemetus et Petrus ipsi misserunt ad domum habitationis dicti domini Aymonis, in qua sciebant fore dictum dominum Petrum, quosdam nuncios scire volentes et ab ipso monacho experiri in qua susceptione tenebant ipsos Jaquemetus et Petrus pro debato habito pridem inter dictum dominum Aymonem Salanchie consanguineum dicti domini Petri amicique ex una parte et dictos Jaquemetum et Petrum ex altera.
- III Item, quod dicta die veneris qua dictus monachus fuit vulneratus, de mane, dictus Jaquemetus fuit visus per personas fidedignas rehemens unam lauricam ferri in pignore portatam in domo Johannis Fabri de Faraginetee, habitatoris Gebenn., a

proxima quadragesima nuper lapsa citra, cum quendam anullum lapidis unicornis munitum, ipsaque laurica per Johannem Tranalliardi cum ipso Jaquemeto tunc euntem in Insulam Gebenn. deportata.

- V Item, quod ipsa die veneris, de mane qua dictus dominus Petrus fuit vulneratus, dicti Jaquemetus et Gredelletus a pluribus personis fidedignis Gebennis <sup>[4r]</sup> commorantibus, mutuo requisierunt et petierunt arma, videlicet lauricas, cervicas, bracetos et alia arma portabilia occulte et apperte, quodque ipsa die veneris mane nonnullos socios in civitate Gebenn. commorantes rogaverunt ut cum ipsis Jaquemeto et Petro interesse vellent in quodam modico opere quod erant patraturi ipsa die.
- VI Item, quod die veneris de mane qua dictus dominus Petrus fuit vulneratus dicti Jaquemetus et Petrus se armis armaverunt in presencia nonnullorum fidedignorum qui ipsos armari juverunt, visique fuerunt armati ipsa die veneris mane a pluribus fidedignis per civitatem Gebenn. euntes.
- VII Item, quod dicti Jaquemetus et Petrus postmodum, coram pluribus et pluries, negaverunt illa die fuisse armati aliquibus armis nisi armis quibus badelli utuntur officiendo in civitate Gebenn., videlicet ense vel gladio et virga vel baculo in suis manibus portando.
- VIII Item, quod ipsa die veneris, modicum ante quam dictus monachus fuisset vulneratus, dicti Jaquemetus et Petrus cum nonnullis aliis personis secacibus suis visi fuerunt Gebenn. in domo Boni Johannis in Pilliperia Gebenn., ubi vinum vendebatur, irati bibentes et inter se verba minatoria contra quasdam personas proferentes.
- IX Item, quod ipsa die<sup>a</sup> veneris, modicum ante quod dictus monachus fuisset lesus, soluto vino quod biberant ipsi Jaquemetus et Petrus cum suis secacibus in dicta taberna per dictum Jaquemetum, ipsi Jaquemetus et Petrus cum nonnullis aliis suis secacibus visi fuerunt a personis fidedignis exeuntes <sup>[4v]</sup> de dicta taberna Boni Johannis armati et euntes superius per dictam Pillipparie carreriam et tendentes per carreriam dominorum canonicorum, in qua morari solebat dominus Petrus de Bignins<sup>b</sup> quondam, et descendentes per dictam carreriam vocata douz Perron usque ante domum habitationis dicti domini Aymonis Salanchie.
- X Item, quod ipsa<sup>c</sup> die veneris, hora quasi none, dicti Jaquemetus et Petrus visi fuerunt a pluribus personis fidedignis ibidem in dicta carreria, videlicet econtra domum habitationis dicti domini Aymonis, suos gladios et enses contra dictum dominum Petrum evaginantes, ictus et iactus de ipsis gladiis et ensibus in et contra dictum dominum Petrum trahentes et percutientes, et ipsum dominum Petrum, ut apparebat per eorum acta, offendere nittentes et volentes ipsumque agredientes.

<sup>a</sup> die] *om. a.c.*

<sup>b</sup> Bignins] *scr.* Bign.

<sup>c</sup> ipsa] *scr.*, ipsis

- XI Item, quod illico dictis die, hora atque loco dictus dominus Petrus fuit visus a pluribus personis fidedignis lesus, vulneratus et sanguinolentus in manu et capite, ut premittitur in articulis precedentibus, ex illis aggressionem et iactibus factis et iniectis per dictos Jaquemetum et Petrum de auxilio suorum consortium, eisdem auxilium ibidem in ipsa aggressionem prebencium et prestare in necessitate paratorum.
- XII Item, quod dicta die veneris et hora qua fuit vulneratus dictus dominus Petrus, dicti Jaquemetus et Petrus, et etiam nonnulli alii eorum secaces, facta pugna per ipsos contra dictum Petrum et ipso domino Petro viso vulnerato in dicto loco, visi fuerunt per personas fidedignas fugientes inferius <sup>[5r]</sup> per dictam carreriam douz Perron versus Ripperiam suos gladios et enses revaginant, et alter ipsorum, videlicet dictus Jaquemetus, dicente dicto Gredellet: 'tu male fecisti'; et altero, videlicet Gredellet, respondente: 'ego bene teragiabam ipsum'; dicenteque aliquibus ipsum Gredelletum per Ripperiam recedendo cum dicto Jaquemeto sanguinantem interrogantibus quid habebat, quod ipsi se incontraverant a parte Dei vel a parte dyaboli; ipseque Jaquemetus se retraxit infra Insulam Gebenn. ubi moram trahebat et ante diu fecerat cum sua familia, et dictus Petrus quo voluit infra dictam villam <se<sup>a</sup>> retraxit.
- XIII Item, quod ipsa die veneris vel alia, postquam ad noticiam curie vicedogni Gebenn. pervenerit dictum dominum Petrum fuisse vulneratum per dictos Jaquemetum et Petrum, volens justiciam ministrare, dicta curia ipsos Jaquemetum et Petrum captivos infra dictam Insulam concluserit ratione et pretextu huiusmodi operis et aggressionis atque vulnerationis predictarum, et tenuit mancipatos.
- XIII Item, quod dictus Jaquemetus postmodum, senciens se de premissis culpabilem, de dicta Insula in qua suam faciebat mansionem et diu ante fecerat, sua bona mobilia cum uxore et liberis suis retrahi et exiri fecit atque quo voluit extra dictam civitatem deportari, que<sup>b</sup> occasione premissorum domino erant commissa.
- XV Item, quod dictus dominus Petrus in articulo mortis et lamborando in extremis, et ante ex quo fuit vulneratus, dixit et confessus fuit pluribus personis fidedignis quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum sic vulneraverunt, cassaverunt et maletractaverunt.
- XVI <sup>[5v]</sup> Item, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus de dicto maleficio et homicidio sunt publice deffamati in villis et civitate Gebenn. et aliis locis circumvicinis.
- XVII Item, quod vox et fama in locis et villis predictis inter notos et vicinos de predictis maleficiis laborat contra ipsos Jaquemetum, Petrum et eorum secaces.

<sup>a</sup> se] *suppl. om.*

<sup>b</sup> que] *om. a.c.*

XVIII Item, quod predicta omnia et singula vera sunt et notoria et manifesta de ipsisque  
viget publica vox et fama in villis et civitate supradictis et circumvicinis inter  
notos<sup>a</sup> et vicinos. Vnde, et cet.

<sup>a</sup> notos] *scr.*, nos

<sup>[6r]</sup> Anno quo supra, die XXIII mensis novembris, infra civitatem Gebenn. predictam, fuit inquisitum per me jandictum commissarium super omnibus et singulis in dicta inquisitione contentis et descriptis. Primo cum Petro Servent de Bardunex, escoferio, habitatore Gebennarum, pro teste in facto alieno, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisitione<sup>a</sup> et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> et IV<sup>ob</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in domo sue habitationis in dicta carreria douz Perron in qua habebat debatum cum suo famulo qui male suerat quosdam sotulares sua auaricia, et habendo dictum debatum elevavit oculos suos extra domum suam in dicta via respiciendo et vidit quemdam gladium nudum jactatum econtra murum domus domine Yolende, et illico vidit Jaquemetum Tromberti et dictum Gredellet descendentes per dictam carreriam inferius a loco de ante domum habitationis dicti domini Aymonis Salanchie versus Ripperiam revaginantes suos gladios et enses, et inde vidit dictum dominum Petrum de Sernay ante domum habitationis dicti domini Aymonis pedes stantem. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit, excepto quod dici postea audivit quod digitus dicti monachi fuit in carreria repertus amputatus. Interrogatus quis dictum gladium econtra murum predictum jactavit, dicit quod nescit. Interrogatus si viderit dictum monachum sanguinantem in aliqua parte sui corporis in dicto loco, dicit quod non.

Super quinto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VI<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus <sup>[6v]</sup> monachus fuit retray in domo habitationis dicti domini Aymonis et quod ad ipsum loquentem cito venit frater vel nepos dicti domini Aymonis mutuatum claves ortis dicte domine Yolent, quas ipse loquens custodiebat, pro perquirendo in terra dicti orti vermes proponendo in vulneribus dicti monachi qui dicebatur esse vulneratus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera communiter in civitate Geben. inter notos et vicinos, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup> III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> VII<sup>mo</sup>, VIII<sup>o</sup> et IX<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus particulariter et divisim dicit se in omnibus nichil scire de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit in predictis tercio et quarto articulis principalis facti.

<sup>a</sup> inquisitione] *scr.* inquisitione

<sup>b</sup> et IV<sup>o</sup>] *om. a.c.*

Super XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit in predictis tercio et IIII<sup>to</sup> articulis.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super XIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod diu audivit quod dictus monachus ex

dictis vulneribus fuit mortuus, et dicitur communiter in civitate Gebenn. quod dicti Jaquemetus et Gredelletus intulerunt dicto monacho dicta vulnera. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, fuit inquisitum per me jandictum commissarium super omnibus et singulis in dicta inquisitione contentis et descriptis cum Aymoneta filia Mermeti Donzel de Sergier, habitatrice Gebenn., pro teste. Que juravit interrogata <sup>[7<sup>d</sup>]</sup> et diligenter examinata super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup>, VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte inquisitionis interrogata, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa die veneris in vigilia beate Marie Magdalene nuper lapsa ipsa loquens morabatur Gebenn. in carreria douz Perron et iverat in Burgo Foris quesitum barbitonsorem pro ipsa flobetomandam, cuius uxor dixit eidem loquenti : ‘quid queris ? ipse barbitonsor est versus domum tue habitacionis, quo ivit ad videndum monachum de Sernay qui fuit lesus’. Et tunc ipsa loquens regressa est ad domum sue habitationis ubi morabatur in dicta carreria douz Perron, ubi tunc dici audivit quod Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredelleti dictum monachum vulneraverunt ; dicitque se post dici audivisse quod dictus monachus fuit ex illis vulneribus mortuus, quia ex quo fuit vulneratus non postea surrexit a lecto sed manens infirmus usque ad diem qua expiravit, quo expirato fuit sepultus in cimisterio Sancti Victoris, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis et eciam interrogata super indiciorum articulis.

Item, Mermetus Escuerii de Tramberiis, escoferius, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti domini Petrus de Sernay monachus et Aymo Salanchie erant parentes et amici. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo inquisitionis supradicte interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulo nominati verberaverunt et vulneraverunt die, hora et loco in articulo descriptis quendam monachum de Sancto Victore vocatum Petrum de Sernay in manu et capite, <sup>[7<sup>v</sup>]</sup> ut in articulo est

descriptum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus a quo vel a quibus predicta dici audivit, dicit quod non recordatur.

Super III<sup>to</sup> et quinto articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus fuit retray lesus vulneratus post lesionem in domo habitationis liberorum Johannis Camerarii quondam. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis fore vera.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi illud quod supra dixit.

Super II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsorum indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus Jaquemetus et Gredeletus et quidam alii quos nominare nescit biberunt simul in taberna Boni Johannis in Pilliparia Gebenn. die veneris in vigilia beate Marie Magdalene antequam dictus monachus fuisset vulneratus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super nono articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis iudiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo ipsorum indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicto monacho manente infirmo infirmitate qua decessit, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus infra Insulam Gebenn. steterunt spaciantes, et ipso monacho premortuo fuerunt restricti et in ferris inferrati, quos vidit semel in dictis carceribus et vinum eis prebuit, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>to</sup> articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi quod dictus Jaquemetus, ante dictam rixam, in dicta Insula ipsam custodiendo morabatur.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum antedictorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus cum quidam cutellerio qui patriam absentavit predicta<sup>[8]</sup> maleficia perpetraverunt.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, fuit inquisitum super premissis omnibus et singulis in dicta inquisitione contentis per me jandictum commissarium, in presentia Reymondi de Sovergnier castellani Gebenn. deputati a domino Johanne de Verneto milite vicedogno Gebenn., cum Guillelmo dicto Grumal cive Gebenn. Qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in ipsa contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod die vigillie beate Marie Madgalene nuper lapse dicti Jaquemetus Tromberti et Gredelletus cum nonnullis aliis et ipsi cum ipsis gentabantur mane quia, ut dicit, vinum vendebatur in domo ipsius loquentis. Et dum gentabantur, dictus Jaquemetus dixit cuidam vocato Ruptil famulo illorum de



Tueria : ‘Ruptil, vadas ad domum habitationis domini Aymonis Salanchie et scias in qua suspectione me tenent’. Qui Ruptil exivit domum ipsius loquentis et ivit quo voluit. Et inde reversus fuit ad dictum Jaquemetum, adhuc tunc in domo dicti loquentis existentem, et eidem Jaquemeto dixit quod ipse Ruptil locutus fuerat eis, qui sibi dixerunt quod nichil eidem responderent sine consensu suorum amicorum. Qui Jaquemetus tunc respondit dicto Ruptil : ‘ego ibo visum in qua suspectione me tenent’. Et tunc exivit de dicta domo et alii cum eo. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogatus qui cum ipso Jaquemeto exiverunt tunc de dicta domo, dicit quod non recordatur. Interrogatus quo iverunt quando exiverunt de domo, sua dicit quod nescit quia remansit infra domum suam cum aliis remanentibus, ut dicit.

Super III<sup>ci</sup>o articulo dicte imquisitionis interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus cum dicto monacho habuerunt rixam in dictis loco et hora, in qua rixa dictus monachus fuerat lesus. Aliud nescit de <sup>[8v]</sup> contentis in ipso articulo.

Super IIII<sup>to</sup> et quinto articulis dicte imquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulo dicte imquisionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus Jaquemetus ipsa die mane unam in domo dicti Johannis in articulo nominati rehemit lauricam. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis indiciorum dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur, audito communi fama in villa Gebenn. referente quod dictus monachus erat vulneratus, ipse loquens post ipsos Jaquemetum et Gredelletum vidit in Insula Gebenn., et dicebatur quod erant pro eo quod dictum monachum vulneraverant. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis<sup>a</sup>, ut dicit.

Super XIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi quod dictus Jaquemetus erat custos de ipsius Insule.

Super XV<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, fuit imquisitum super premissis omnibus et singulis in dicta imquisitione contentis et descriptis per me jandictum supra commissarium cum Georgio de Sancto Michaeli cive Gebenn. pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, secundo et tercio articulis et aliis sequentibus interrogatus, super quibus omnibus et singulis articulis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat ipsa die veneris in articulis descripta post prandium Gebenn. in domo <sup>[9r]</sup> liberorum Johannis Camerarii in carreria douz

<sup>a</sup> articulis] *om. a.c.*

Perron prope domum habitationis dicti domini Aymonis Salanchie sedens super quodam letro, de quo audivit bruyt in carreria ut si per eam ducerentur curri ferrati moventes lapides, et dixerunt ipse loquens et relictis dicti Johannis Camerarii quid hoc esse posset. Et hiis dictis<sup>a</sup> et auditis, ipse loquens exivit ad quasdam fenestras per quas respicitur per dictam carreriam douz Perron, ex quibus vidit dictum monachum ante domum dicti domini Aymonis pedes stantem sanguinantem in capite et manu et dicentem, suam manum demonstrando ibidem astantibus, 'ego sum gatouz'; quodque vidit dictos Jaquemetum et Gredeletum ante domum dicte Yolent recedentes inferius per dictam carreriam versus Ripperiam, qui Jaquemetus tenebat gladium suum in manu sive ipsum revaginando; dicensque veriterius dictus loquens quod dictus monachus decessit et mortuus est, et quod fama refert quod dicti Jaquemetus et Gredelletus predicta maleficia in personam sancti monachi fecerunt, ut dici audivit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit. Dicitque quod se refert ad dictum suum alias in manibus aliorum commissariorum clerici vicedogni pridem super processibus per ipsos factis de et super premissis maleficiis, dictum si minus vel magis quam hic dixerat. Et hec et alia in suis responsionibus contenta dicit esse vera prout deposuit.

Item, Johannes dictus Carrons, habitator vel burgensis Gebenn., cum quo fuit inquisitum per me jandictum commissarium super premissis omnibus et singulis in dicta imquisicione contentis et descriptis pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram deponere et dicere veritatem.

Et primo, super<sup>[9v]</sup> primo et secundo articulis dicte imquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super tercio articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se audivisse dici a dicto Jaquemeto Tromberti post festum beate Marie Magdalene, quod in vigillia dicti festi ipse Jaquemetus ibat per carreriam in qua morabatur dominus Aymo Salanchie et oviavit cuidam homini quem petiit ubi vinum album ibidem vendebatur, et tunc quidam monachus exivit de domo habitationis dicti domini Aymonis Salanchie qui ipsum Jaquemetum volebat offendere cum suo ense, a quo monacho, ut dicebat, se deffendit<sup>b</sup> quoniam ipsum Jaquemetum dictus monachus offendere proponebatur. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super aliis sequentibus articulis tam principalibus quam indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredeletum lauricis suis vel alterius armatos die veneris in vigillia beate Marie Magdalene de mane per ante domum dicti Vullieti pillipparii per Ripperiam euntes. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Subsequenter vero die XXVII mensis novembris anno supradicto fuit per me jandictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in ipsa contentis inquisitum cum Johanne Pulliconz de Saconeto Magno, habitatore de Gebenn., pro teste imquisitum<sup>c</sup>, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta

<sup>a</sup> dictis] *scr.*, ditis

<sup>b</sup> deffendit] deffendendo *a.c.*

<sup>c</sup> imquisitum] *om.* *a.c.*

inquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et II<sup>o</sup> articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se audivisse dici contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII et VIII<sup>o</sup> articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>[10r]</sup> Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit quod quodam die a festo Pentecostes nuper lapso citra, Jaquemetus Tromberti in ipso articulo nominatus tradidit dicto loquenti unam cervicam seu cervelleriam ferri in pignore pro duobus solidis cum dimidio, quam cervelleriam ipse Jaquemetus a dicto loquente postea rehemit quadam alia die de qua non recordatur, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis.

Item, Stephanus<sup>a</sup> dictus Pattot, de Verneyer, habitator Gebenn., escoferius, cum quo fuit inquisitum per me jandictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in ipsa contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem ut testis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisitione et in eadem contentis articulis.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi ex auditu. Interrogatus quid scit ex auditu de contentis in ipso articulo, dicit quod dici audivit a dicto Gredelleto quod se bene frotaverant, quoniam ipsum Gredelletum vidit euntem ad domum Symoneti barbitonsorii sanguinantem ipsa die veneris ad se curandum de vulnere quo erat lesus. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit interrogatus super omnibus aliis articulis et factis sibi pluribus interrogatoriis.

<sup>[10v]</sup> Item, Roletus Salerii, habitator vel de Gebenn., cum quo fuit pro teste inquisitum super premissa inquisitione et articulis in ipsa contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit communiter in civitate Gebenn. quod dictus Jaquemetus et quidam alii in articulo nominati dictum dominum Petrum de Sernay verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis et super aliis articulis sequentibus interrogatus.

<sup>a</sup> Stephanus] *scr.*, Stephus

Item, fuit inquisitum per me jandictum commissarium super predicta inquisitione et articulis in eadem contentis cum dicto Bon Johant, tunc tabernario, pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dictis inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim illam dicere quam noverit<sup>a</sup> scire veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit dicta die veneris in vespere quod dicti Jaquemetus et Gredeletus cum dicto monacho palustridiaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>o</sup>, quinto VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire<sup>b</sup>.

Super VIII<sup>mo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa die veneris que fuit vigillia beate Marie Magdalene ipse loquens vendebat vinum in Pilli- paria Gebenn., in qua taberna quasi hora nona venerunt ipsa die Jaquemetus Tromberti, Gredelletus et Johannes Tranalliardi dictus Tardi<sup>[11r]</sup> et quidam alii quorum nomina ignorat ad bibendum, et tunc simul bibentibus predictus Johannes de Albergamentis castellanus Gebenn. et Johannes Escuerii, clericus vicedogni, supervenerunt et simul rebiberunt. Qui Johannes Escuerii precepit dicto Jaquemeto Tromberti citari quendam hominem ignotum dicto loquente, ut dicit. Qui Jaquemetus respondit dicto Escuerio quod non esset ausus officiare quia possent currere super ipsis. Qui Escuerius dicto Jaquemeto tunc dixit : 'si quis super vos currat, estote securi de ipso et ducatis ad istum gentes que vos faciant surtes'. Et tunc dictus Jaquemetus interrogavit quendam hominem cum ipsis bibentibus, qui cum domino Amblardo morabatur<sup>c</sup>, si ipse Jaquemetus debebat se tenere pro deffidato a domino Aymone Salanchie eo quod ipse dominus Aymo sibi Jaquemeto dixerat quod sibi Jaquemeto monstraret si aliquos habebat amicos. A quo non noverat responsionem. Et hiis verbis auditis, dictus loquens, ut dicit, ipsum Jaquemetum ad partem traxit et sibi dixit : 'Jaquemete, vos potestis vos bene custodire ab ipso et tenere ipsum in maiori dubitatione quam si super ipso curreretis, et ipse non jam curret super vos, et ipsa verba de l'Escuerii<sup>d</sup> possunt transiri, et iste gentes non erunt semper vobiscum, quia sunt gentes agregate'. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit ipsos Jaquemetum, Gredelletum et Tranalliardum, cum nonnullis aliis quos ignorat, a dicta taberna egredientes et recedentes per dictam carreriam in articulo designatam et tirantes per carreriam canonicorum in articulo descriptam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> noverit] *scr.*, noverint

<sup>b</sup> Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire] *om. a.c. in marg inf.*

<sup>c</sup> morabatur] morabat *a.c.*

<sup>d</sup> Escuerii] *scr.*, Euerii

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>[11v]</sup> Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredeletus recedebant per Ripperiam quando dictus monachus fuit lesus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> articulo<sup>a</sup> indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus ex dictis vulneribus decessit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, nisi illud quod supra dixit.

Item, Johanneta, uxor Petri Marchiant de Aquiano, habitatoris Gebenn., cum qua fuit inquisitum super premissis omnibus et singulis in dicta inquisicione contentis et descriptis meram dicere veritatem, que juravit, interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super predictis inquisicione et articulis in eadem contentis.

Super quibus dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur viderat ipsa die veneris designata in inquisicione, videlicet in vigillia beate Marie Magdalene qua dicitur quod dictus monachus fuit vulneratus, dictos Jaquemetum, Gredeletum et Tranalliardum euntes per villam, nescit tamen quota hora dicti<sup>b</sup> diei, et hora vesperorum in ipsa die dici audivit quod ipse tres Jaquemetus, Gredeletus et Tranalliardus dictum monachum vulneraverunt et verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, inquisitum fuit pro teste super premissis omnibus et singulis in dicta inquisicione contentis et descriptis per me jandictum commissarium <sup>[12r]</sup> cum Johanne Frugonz de Lausanna, habitatore Gebenn., qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super secundo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi ex auditu gencium contenta in ipso articulo esse vera in<sup>c</sup> civitate Gebenn. dicentium.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso<sup>d</sup> articulo esse esse vera.

<sup>a</sup> articulo] *bis scr.*

<sup>b</sup> dicti] *om. a.c*

<sup>c</sup> in] *g add.*

<sup>d</sup> ipso] *scr., ipse*

Super VI<sup>to</sup> articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur erat ipsa die veneris in ipsa inquisicione descripta detentus in Insula Gebenn. pro una allapa quam dederat cuidam homini, et dictus Jaquemetus Tromberti venit in Insulam quam custodiebat ipse Jaquemetus et una laurica se circa meridiem armavit, de qua tam ipse loquens quam Parvus Johannes de Friburgo juverunt ipsum Jaquemetum armari et indui; et ipso armato, exivit de dicta Insula, et dictus loquens adhuc remansit detentus in dicta Insula. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, excepto quod idem Jaquemetus erat etiam armatus una cervelleria et credit quibusdam bracetis ferri. Dicit etiam quod requisierunt socios in villa commorantes, maxime quendam de Chamberiaco, et eius<sup>a</sup> magistr<sup>b</sup> non dimisit ire. Interrogatus quis erat dictus socius et quo nomine nuncupabatur, dicit quod erat quidam salerius qui morabatur versus conventum Fratrum Minorum. Recessit a villa, ut dicit ipse qui loquitur.

Super VII<sup>mo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire de veritate nisi ex auditu.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit, quod adhuc ipso loquente existente detento in dicta Insula ipsa die veneris, quod dictus Jaquemetus paulo post reversus fuit infra dictam Insulam bene iratus, ut apparebat, et sibi loquenti dixit quod traderet cito duos solidos qui erant eidem Jaquemeti facti in concordia facta per ipsum loquentem cum <sup>[12v]</sup> castellano Gebenn. pro dicta allappa, quia erat necesse. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi quod dictus Jaquemetus ante gubernabat dictam Insulam.

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus

sunt in villa Gebenn. de predicto maleficio deffamati, aliud nescit de <contentis<sup>c</sup>>.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, Johanneta, relicta Perreti Busset habitatoris Gebenn. quondam, cum qua fuit inquisitum per me commissarium super dicta inquisicione et articulis in ipsa contentis, que juravit interrogata et diligenter examinata super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem. Et primo, super primo et secundo articulis dicte inquisicionis interrogata<sup>d</sup>, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogata dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogata dicit se nichil scire.

Super quinto et VI<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogata dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapsa

<sup>a</sup> eius] *bis scr.*

<sup>b</sup> Voir *infra*, déposition de Hugoneta Maczon

<sup>c</sup> contentis] *suppl. om.*

<sup>d</sup> interrogata] interrogatas *a.c.*

erat Gebenn. in domo sue habitationis et vidit dictos Jaquemetum Tromberti et Gredelletum descendendo per carreriam douz Perron inferius veniendo de parte superiori dicte carriere versus Rippariam, quos ipsa loquens, ut dicit, intueri proposuit, et unus ipsorum, videlicet Gredelletus, sanguinabat, et unus ipsorum dicebat: 'enyat des leschies'. Et post dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte imquisitionis interrogata dicit quod ipsa loquens dici audivit contenta in ipsis articulis esse vera.

Super primo, secundo, tercio, III<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup> et IX<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogata dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>[13r]</sup> Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogata, obmissis XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis, dicit quod ipsa loquens dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant detenti in Insula pro eo quod dictum monachum verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>mo</sup> et XVIII<sup>mo</sup> articulis interrogata dicit quod illa que supra dixit fuit vera, et de ipsis est publica vox et fama contra dictos Jaquemetum et Gredeletum.

Item, Beatrix, uxor Ansermeti Pantasii habitatoris Gebenn. commorantis in carreria douz Perron, cum qua fuit imquisitum super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis, que juravit ut testis in facto alieno interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super ipsa imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis dicte imquisitionis interrogata, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte imquisitionis interrogata dicit se nichil scire.

Super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, sexto, septimo, VIII<sup>o</sup>, nono, X et XI articulis indiciorum interrogata dicit se nichil scire.

Super XII articulo ipsorum indiciorum interrogata dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur vidit die veneris in ipsis articulis descripto, circa horam none, Jaquemetum, Gredelletum, Tranalliardum cum quibusdam aliis descendentes per dictam carreriam dou Perron in ipsis articulis descriptis per ante domum ipsius loquentis, et duo alii homines prehibant qui dixerunt dictis Jaquemeto et Gredelleto retro euntibus: «festinetis vos». Et tunc dictus Jaquemetus respondit: 'nous nous soens troval'. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis a processu dependentibus.

<sup>[13v]</sup> Item, anno quo supra, die vero XXVIII<sup>a</sup> mensis novembris, fuit imquisitum per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis cum Hugoneta uxor Stephani de Burgo Novo, civis Gebenn., pro teste, que juravit interrogata et diligenter examinata super ipsa imquisicione.

Et primo, super primo articulo dicte imquisitionis interrogata, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisitionis interrogata dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogata dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur veniebat ipsa die veneris in ipsa imquisicione descripta plantari de porris de extra civitatem, et veniendo per Ripperiam, per ante domum Vullieti pilliparii, accessit ad ipsam loquentem Stephanus Pattot de Verney, habitator Gebenn., escoferius, et eidem loquenti dixit: 'scis an tuus frater habeat aliquam discordiam cum badellis ymus ville?'. Que loquens respondit quod nesciebat. Et tunc dictus Stephanus Pattot eidem loquenti dixit: 'O per ventrem<sup>a</sup> nostre Domine vel Dei! Ipsi badelli vadunt et cum ipsis bene tresdecem aliis. Si ipsum invenient, interficient eum. Vade cito et dic ei quod non exiat domum sue habitacionis?'. Que loquens, ut dicit, quam cito potuit illuc ire ivit, et quando fuit ante domum habitacionis domini Aymonis Salanchie eius fratris vidit in terra gutas cruoris quibus stupuit, ut dicit. Et interrogavit ibidem in via astantibus quid hoc esset. Cui fuit responsum quod ipsa iret infra domum sui fratris domini Aymonis predicti et tunc scieret quid esset. Que loquens, ut dicit, accessit infra domum habitacionis dicti domini Aymonis Salanchie eius fratris in qua vidit dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris lesum et vulneratum in manu et capite, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, factis super ipso pluribus interrogatoriis.

[14r] Item, Johanneta, uxor Mermeti Genal habitatoris Gebenn., cum qua fuit imquisitum per me jandictum commissarium super dicta imquisicione, que fuit ut testis interrogata et diligenter examinata super dicta imquisicione et articulis in ipsa contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup> et aliis sequentibus dicte inquisitionis et in ipsa inquisicione descriptis articulis <interrogata<sup>b</sup>>, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur erat dicta die veneris in ipsis articulis vel articulo ipsorum descripta Gebenn. in domo habitacionis Mermeti Marchiandi sita in carreria vocata Citaz juxta domum habitacionis Symoneti barbitonsoris. Que loquens, de domo qua erat, audivit in domo dicti Symoneti Jaquemetum Tromberti, Gredelletum et dictum Tardi simul loquentes et se truffantes de dicto monacho Sancti Victoris quem verberaverant, ut dicebant. Inter que verba dictus Tardi dixit quod non magis cantaret missam nisi cantaret cum duobus digitis, quia alii erant scissi. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Vontherius dictus Monmelliant, habitator Gebenn., cum<sup>c</sup> quo ut testis fuit imquisitus super predicta imquisicione et articulis in eadem contentis per me supradictum commissarium, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus,

<sup>a</sup> ventrem] *scr.*, vetrem

<sup>b</sup> interrogata] *suppl. om.*

<sup>c</sup> cum] *scr.*, quod (?)



Gredelletus et quidam alii qui cum ipsis ibant, dictum monachum, die, loco in articulis descriptis, vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>[15r]</sup> Super III<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi illud quod supra dixit.

Super quinto articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super VII<sup>mo</sup> articulo inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse loquens dici audivit contenta in ipso articulo esse vera.

Super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super III<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> et IX<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit, dicta die veneris in inquisicione descripta, Gebenn. in domo seu taberna Boni Johannis in Pilliparia dictos Jaquemetum Tromberti, Gredeletum, Johannem Tranallardi dictum Tardi et duos cutellerios qui bibebant cum castellano Gebenn. et Johanne Escuerii clerico curie Gebenn., qui postquam biberunt dictam tabernam exierunt et fuerunt supra per dictam carreriam tendendo per carreriam canonicorum in articulo descriptam. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogatus si erant armati, dicit quod non quod vidit. Interrogatus si alicui minabantur, dicit quod non audivit quod alicui minarentur, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XI<sup>o</sup> articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XII<sup>o</sup> articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus se in Insulam retraxerunt in qua ante morabatur dictus Jaquemetus ipsam custodiendo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>[15v]</sup> Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus in articulo nominati sunt de dicto maleficio defamati inter notos et vicinos.

Super XVII<sup>mo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVIII<sup>vo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod illa que supra deposuit sunt vera, prout supra deposuit.

Item, Hugoneta, uxor Stephani Maczones habitatoris Gebenn., morans in carreria vocata Citaz, cum qua Hugoneta fuit pro teste inquisitum per me predictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis, que juravit interrogata et diligenter examinata meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulo dicte imquisitionis interrogata, dicit se nichil scire.

Super III<sup>ci</sup> articulo dicte imquisitionis interrogata dicit se nichil scire nisi ex auditu gencium contenta in ipso articulo inter se ferencium.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisitionis interrogata dicit se nichil scire.

Super quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisitionis interrogata dicit quod dici audivit quod dictus monachus decessit ex verberibus quos, ut dicitur, dicti Jaquemetus et Gredelletus sibi fecerunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IV<sup>to</sup> articulis indiciorum interrogata dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogata dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa die veneris in imquisicione descripta quidam cutellerius cuius nomen ignorat, ut dicit ipsa loquens, venit ad ipsam loquentem domi sue existentem et ipsam rogavit instanter quod ipsa loquens dicto cutellerio accomodaret unum magnum gladium, quia ipse volebat, ut dicebat, ire cum dictis Jaquemeto et Gredelletto ad quoddam opus quod errant acturi, quia ipsum cutellerium, ut dicebat, requisierunt dicti Jaquemetus et Gredelletus. Que loquens se excusavit dicendo quod non habebat aliquem magnum gladium, sed recederet et Dominus eum conduceret. <sup>[16]</sup> Etiam dicit se dici audivisse a quodam homine vocato Johanne Sapientis de Chamberiaco qui tunc morabatur Gebenn., quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum Johannem Sapientis rogaverant ut cum ipsis iret illa die ad dictum maleficium agendum, sed ipsa loquens, ut dicit, ipsum Johannem ire non permisit. Quam loquentem, ut dicit, postea regraciatu fuit dictus Johannes Sapientis. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogata ubi nunc dictus Johannes moratur, dicit quod nescit.

Super aliis sequentibus articulis interrogata dicit se inde dici audivisse quod dicti Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredelleti sunt in culpa huiusmodi delicti et maleficii. Interrogata a quibus dici audivit, dicit quod a pluribus personis Gebenn. commorantibus, de quorum non recordatur, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogata, dicit esse famam quo ad ea que supra dixit.

Item, Aymonetus de Portu, burgensis Gebenn., cum quo fuit imquisitum pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in dicta imquisicione contentis et descriptis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit Gebenn. a pluribus et in pluribus locis dicte civitatis quod dicti Jaquemetus Tromberti et Gredelletus in ipsa imquisicione nominati maleficia in eadem imquisicione descripta in personam dicti monachi fecerunt et perpetraverunt, et de ipsis maleficiis fama laborat contra ipsos Jaquemetum et Gredelletum. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Mermetus Changez, civis Gebennarum, cum quo fuit imquisitum per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem

contentis, qui iuravit interrogatus illam dicere quam scire noverit super premissis veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in <sup>[16v]</sup> ipsa inquisicione contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur visitavit dictum monachum in sua infirmitate qua decessit, a quo dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum monachum verberaverunt. Postquam dicit dictus loquens quod ipsum monachum vidit mortuum et ipsum iuvit ad sepeliendum in cimisterio Sancti Victoris ; quodque dici audivit communiter quod dictus monachus decessit et fuit mortuus ex illis vulneribus sibi illatis per dictos Jaquemetum et Gredelletum. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, fuit inquisitum per me commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis cum Matheo dicto Commolliaz, cive Gebenn., pro teste, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me iudictum commissarium super ipsa inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere quam scire noverit veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in dicta inquisicione contentis dicit et testatur se dici audivisse quod Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredellet vulneraverunt dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris, ipsumque monachum vidit deportatum sepultum apud Sanctum Victorem ; ipseque loquens dicit se dici audivisse quod ex vulneribus eidem monacho per ipsos Jaquemetum et Gredelletum allatis ipse monachus expiravit et decessit ab hoc seculo, contraque ipsos Jaquemetum et Gredelletum fama publica in civitate Gebenn. viget et laborat. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Hugonetus Cado, burgensis Gebenn., cum quo fuit inquisitum per me commissarium supradictum super dictis inquisicione et articulis <sup>[17r]</sup> in ipsa descriptis, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus meram dicere super ipsis inquisitione et articulis veritatem quam noverit.

Super quibus omnibus et singulis dicit illa scire dici audivisse et vidisse que Matheus Commolliaz, testis precedens, se scire audivisse et vidisse deposuit. Aliud nescit de contentis in ipso processu.

Item, fuit inquisitum per me iudictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in ipsa contentis cum Aymoneto Barberii de Gebenn. pro teste, qui iuravit interrogatus super dicto processu et articulis in ipso contentis illam dicere quam super ipsis scire noverit veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in eadem contentis dicit se tantum scire, videlicet quod die veneris in ipsa inquisicione descripta Petrus Gredelletus, badellus Gebenn., venit lesus in brachio suo destro de villa in domo ipsius loquentis causa ipsum attandum, ipso loquente infra domum sue habitacionis manente. Qui loquens, viso dicto Gredelleto sic leso, ipsum Gredelletum interrogavit quid hoc esset et quis hoc sibi fecerit. Qui Gredelletus eidem loquenti respondit : ‘compater in animam meam, ille quem nunquam offendi’, et ipsum nominare eidem loquenti, ut dicit<sup>a</sup>, recusavit. Quo audito, ipse loquente, ut dicit,

<sup>a</sup> eidem loquenti, ut dicit] *om. a.c*

ipsum Gredeletum de ipso vulnere attavit. Quo aptato, ipse Gredelletus recessit quo voluit. Inde, post dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum in articulo nominatum leserunt et quod tam ex dictis vulneribus quam alio excessu mortuus fuerat. Aliud nescit de contentis in ipso processu<sup>a</sup>, ut dicit. Interrogatus quis cum ipso loquente erat quando dictum Gredelletum aptavit, dicit quod uxor sua et quidam valletus quem habebat, qui post recessit a villa Gebenn., ut dicit.

[17v] Item, Laurencius Chancez de Gebenn., civis, cum quo fuit pro teste imquisitum super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere quam super ipsis scire noverit veritatem, qui juravit interrogatus per me jandictum commissarium super ipsa imquisitione et ipsis articulis.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera. Interrogatus a quo vel a quibus contenta in ipso articulo esse vera dici audivit, dicit quod a pluribus personis quorum non recordatur, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse communiter in civitate Gebenn. quod dicti Jaquemetus et Gredeletus cum suis complicitibus dictum monachum in articulo nominatum die et loco in ipso articulo descriptis vulneraverunt ut in articulo continetur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto et VI<sup>to</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus monachus stetit infirmus in lecto in domo liberorum Johannis Camerarii a die qua fuit vulneratus usque ad diem qua decessit; quodque dici audivit quod ex vulneribus sibi factis per dictos Jaquemetum et Gredeletum fuit mortuus; ipseque loquens, ut dicit, juvit se ad sepeliendum dictum monachum in cimisterio Sancti Victoris. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo indiciorum articulo dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup> et XV<sup>o</sup> articulis indiciorum dicit se nichil scire.

[18r] Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod prenominati Jaquemetus et Gredelletus et sui complices sunt de dictis maleficiis et homicidio consecuto publice in civitate Gebenn. deffamati. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus qui sunt eorum Jaquemeti et Gredelleti complices in dicto opere dicit quod nescit.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>a</sup> processu] *scr.*, processuz

Item, Petrus de Busco de Vers, habitator Gebenn., cum quo<sup>a</sup> inquisitum fuit per me commissarium super<sup>b</sup> dicta inquisicione et articulis in eadem contentis, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me iudicatum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim illam dicere quam scire novisset veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in ipsa inquisicione descriptis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur, ut dicit, erat tempore quo dici audivit dictum maleficium fuisse perpetratum Gracinopolis vel in Sancto Johanne Mauriannensi pro quibusdam negociis suis peragendis, et quando regressus fuit Gebenn. ubi moratur, dici audivit a pluribus ut plures locuntur quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverant et male tractaverant; quodque post dici audivit quod dictus monachus ex ipsis vulneribus decessit; ipseque loquens vidit quadam die cuius non recordatur, ut dicit, ipsum monachum mortuum deportari sepultum apud Sanctum Victorem; quodque fama dicit esse de depositione per ipsum loquentem, ut dicit. Et aliud dicit se nescire.

[18v] Item, fuit inquisitum super dicta inquisicione et articulis in ipsa contentis per me commissarium cum Mermeto Vullieti, pellipario, habitante Gebenn., pro teste, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus super ipsa inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in ipsa inquisicione contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse loquens bibebat ipsa die veneris in vigilia beate Marie Magdalene Gebenn. in domo seu taberna Boni Johannis ubi vinum vendebatur, videlicet in ceturno. Et dicti Jaquemetus et Gredelletus cum castellano et Johanne Escuerii, clerico curie vicedogni Gebenn., eciam bibebant superius in dicta taberna. Qui castellanus, clericus et dicti Jaquemetus et Gredelletus primo exierunt a dicta taberna quam ipse loquens. Et ipsis castellano, clerico et dictis badellis, foris ante dictam tabernam existentibus, dictus Johannes Escueri dixit dictis badellis: 'vos non jam facietis aliquid quod valeat'. Et hoc dicto, dictus castellanus et clericus tenderunt ad macellum, et dicti badelli iverunt per carreriam canonicorum in IX<sup>o</sup> articulo indiciorum designatam. Et paulo post dici audivit quod dicti badelli dictum monachum ut in III<sup>o</sup> articulo contento vulneraverunt<sup>c</sup>; quodque etiam dici audivit quod ex illis vulneribus mortuus fuit. Aliud nescit de contentis in dicto processu, ut dicit. Interrogatus super quibus dictus Johannes Escuerii dicebat dictis badellis quod ipsi non facerent aliquid quod valeret, dicit quod nescit. Interrogatus si dictus castellanus aliquid dixit dictis badellis, dicit quod non quod audivit. Interrogatus quis cum ipsis Jaquemeto et Gredelleto ibat, dicit quod Johannes Tranallardi alius badellus. Interrogatus si erant armati aliquibus armis, dicit quod non quod vidit, nisi gladiis suis ut alias portare consueverunt tamquam badelli Gebenn.

[19r] Item, inquisitum fuit per me commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis cum Johanne Trolieti dicto Anglico, de Gebenn., pro

<sup>a</sup> quo] *om. a.c.*

<sup>b</sup> super] *scr.*, *sup*

<sup>c</sup> vulneraverunt] quod *add.*

teste, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me iudictum commissarium dicere illam quam scire noverit super premissis veritatem.

Super quibus dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in processu nominati dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris vulneraverunt et leserunt ut in processu continetur; dicitque dici audivisse quod dictus monachus non multum surrexit a lecto ex quo fuerit vulneratus, necnon etiam dici audivit quod dictus monachus fuerit mortuus de dictis vulneribus. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Petrus Fornerii de Vulflens castri, habitator Gebenn., cudurerius, cum quo fuit pro teste inquisitum per me iudictum commissarium super dicta inquisicione, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Super quibus dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit die veneris in vigilia beate Marie Magdalene Jaquemetum et Gredelletum, badellos ville Gebenn., transseuntes per Ripperiam Gebenn. tendentes versus pontem Rodani, eorum enses et gladios ut alias portantes, alter quorum ipsorum Jaquemeti et Gredelleti sanguinabat. Postquam modica hora dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus vulneraverant dictum monachum de Sernay, et inde dici audivit quod ex illis vulneribus ipse monachus mortuus fuit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis.

Item, Nycodus de Fago de Vulpillieriis, habitator Gebenn., testis, cum quo fuit inquisitum super dicta inquisicione et contentis in eadem, qui iuravit <sup>[19v]</sup> interrogatus et diligenter examinatus per me iudictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in ipso processu contentis dicit et respondet se vidisse et dici audivisse ea que Petrus Fornerii, testis precedens, scire et vidisse se deposuit scire et vidisse, quia erant simul quando dicti badelli transierunt per Ripperiam, ut deposuit dictus Petrus.

Item, Johannes Siclat de Bisoncio, commorans Gebenn. in domo Roleti Basset coudurerii cum dictis Petro Fornerii et Nycodo de Fago testibus precedentibus, cum quo Johanne Siclat fuit inquisitum super dicto processu per me iudictum commissarium, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus meram dicere veritatem quam super ipsis noverit.

Super quibus omnibus et singulis in ipsa inquisicione contentis et descriptis dicit prout et quemadmodum deposuit Petrus Fornerii testis ante precedentem ipsum loquentem examinatus, licet per alia verba deponat scire et vidisse ac etiam dici audivisse de contentis in ipso processu, excepto etiam quod dictus loquens dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant malivoli et inimici dicti domini Petri de Sernay. Interrogatus a quibus vel de quo dici audivit, dicit quod non recordatur.

Item, Petrus Chamossat, macellarius Gebenn., cum quo fuit imquisitum pro teste super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium meram dicere et deponere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum <sup>[20r]</sup> monachum de Sernay die et loco in articulo descriptis vulneraverunt et verberaverunt ut in articulo dicitur contineri. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto et VI<sup>to</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus monachus ex dictis vulneribus mansit infirmus in lecto a tempore quo fuit verberatus usque ad diem qua decessit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus ex dictis verberibus et vulneribus decessit et dies suos clausit extremos. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> et nono articulis indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in domo habitationis Boni Johannis in Pillipparia, ubi vinum vendebatur, bibens cum Ansermeto Paquellet et Ramelleto macellario, in qua taberna etiam erant dicti Jaquemetus et Gredelletus bibentes simul in dicta taberna. Et postquam bibit, dictus loquens exivit dictam tabernam et recedendo ad eius domum vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum euntes versus Sanctum Petrum per carreriam canonicorum in ipsis articulis vel altero ipsorum designatam. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogatus si dicti castellanus et clericus curie Gebenn. erant cum ipsis badellis in taberna, dicit quod non quod sciat. Interrogatus qui cum ipsis duobus badellis tunc ibant, dicit quod neminem euntem cum ipsis vidit. Interrogatus si defferebant aliqua arma, dicit quod non, nisi gladios suos et baculos ut badelli portare consueverant in villa Gebenn. Interrogatus quis eis auxilium in dicto opere prebuit, dicit quod nescit.

Super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup> et XV<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>[20v]</sup> Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus de dictis maleficiis sunt deffamati in civitate Gebenn. et aliis locis circumvicinis.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit quod ea que supra dixit sunt vera prout dixit, et quod de ipsis vox et fama currit inter notos et vicinos contra prenomatos Jaquemetum et Gredelletum.

Item fuit super premissis in ipsa imquisicione contentis imquisitum cum Johanne Chanillardi de Sessier, habitatore Gebenn., barbitonsore, per me jandictum commissarium pro teste in facto alieno, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me commissarium super predicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, III<sup>to</sup> et quinto articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire quia est extraneus et non est diu quod venit ab Avinione ubi morabatur et venit Gebenn., ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse loquens requisitus a quibusdam quorum nomina ignorat ivit ad dictum monachum in domo habitacionis domini Aymonis Salanchie existentem lesum et vulneratum ut eidem mederetur, qui loquens ut fuit<sup>a</sup> in dicta domo erant vel supervenerunt alii barbitonsores, videlicet dictus Avivant<sup>b</sup> et barbitonsor<sup>c</sup> domini episcopi Gebenn. vocatus Perronetus, qui loquens et alii barbitonsores ipsum monachum de suis plagis aptaverunt meliori modo quo potuerunt. Quibus ipse monachus dixit barbitonsoribus et pluribus aliis personis ibidem astantibus tunc et alias, quam dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum monachum vulneraverunt et morti tradiderant, et stetit infirmus ex illa die usque ad diem qua expiravit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dictus monachus non fuisset mortuus nisi fuerit vulneratus ut<sup>d</sup> eidem loquenti videtur, ut dicit. Ipsumque vidit expirantem <sup>[21r]</sup> et ipsum monachum, ut dicit, dum moriebatur signavit signo sancte crucis et juvit ad portandum ipsum ad sepelliendum. Interrogatus si dicta vulnera erant mortalia, dicit quod morbo douz poumons superveniente effecta fuerunt mortalia ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso processu ut dicit.

Item, fuit imquisitum super premissis omnibus et singulis in dicta imquisicione contentis, pro teste, cum Johanne Venthons, barbitonsore, habitatore Gebenn., qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IV<sup>to</sup> et quinto articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in suo operatorio die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapsa ubi quendam hominem, ut dicit, radebat, et ipsum radendo, salva reverentia audientis vel legentis, ad ipsum loquentem venit Franciscus Veygier et sibi dixit: 'Ite vos aptatum monachum de Sernay quem invenietis ante domum domini Aymonis Salanchie vulneratum'. Qui loquens, acceptis suis necessariis et dimisso dicto homine quem radebat irrasso, ivit ad dictum monachum ; ipsumque invenit jam in retractum in quadam camera infra domum dicti domini Aymonis Salanchie, quem monachum jny visitabat

<sup>a</sup> fuit] *om. a.c.*

<sup>b</sup> Avivant] *con.*

<sup>c</sup> barbitonsor] *barbisor a.c.*

<sup>d</sup> ut] *et a.c.*



Perronetus barbitonsor domini episcopi, quem loquens ut<sup>a</sup> dicit, ad visitandum dictum monachum se juit. A quo monacho tunc dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus et quidam alius quem non nominare volebat ipsum monachum leserunt, vulneraverunt et maletractaverunt. Aliud nescit.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte imquicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>vo</sup> articulo dicte imquicionis interrogatus, dicit quod ipsum monachum <sup>[21v]</sup> vidit ipse qui loquitur expirare et spiritum emittere, et inde deportari ad sepelliendum in Sancto Victore, ut in articulo continetur. Interrogatus si ex dictis vulneribus decesserit, dicit quod sibi videtur quod nisi dictus monachus fuisset vulneratus quod non fuisset mortuus. Interrogatus quibus vulneribus et in quibus locis fuit vulneratum, dicit quod in tot et in tantis locis quibus in tercio articulo dicte imquicionis continetur.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup> et XV<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus sunt de predictis maleficiis publice in civitate Gebenn. deffamati, ut dicit.

Item, Johannes de Salvis, habitator Gebenn., tintor, cum quo fuit imquisitum super dicta imquisione et articulis in eadem contentis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis dicte imquicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte imquicionis interrogatus, dicit se dici audivisset contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte imquicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup>, VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte imquicionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super primo, secundo, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup> et quinto articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum <sup>[22r]</sup> scire, videlicet quod ipse qui loquitur intravit die veneris in vigilia beate Marie Magdalene nuper lapse in domo Stephani Gallinat Gebenn., in Ripperia commorantis, in qua domo erat dictus Gredelet cum priore Minorum, cui Gredeleto dictus loquens dixit, ut dicit: ‘ecce, ego credo quod tu es effectus homo armorum; quis hoc tibi fecit?, ligato brachio de una mappa et sedente super una fenestra. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur, manente dicto monacho infirmo ex predicta rixa et dictis

<sup>a</sup> ut] *bis ser.*

Jaquemeto et Gredelletto existentibus in Insula non inferratis, ipse loquens fuit in Insula et cum ipsis bibit. Et mortuo ipso monacho et ipsis Jaquemeto et Gredeletto inferratis, ipsos vidit et ipse loquens, ut confitetur, scripsit in porta carceris cum carbone: 'Gredelletus va t'ent'. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulis aliis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus monachus est mortuus. Interrogatus de quo, dici audivit quod mortuus fuit; dicitque, nescit tamen unde dici audivit, quod ex quo fuit vulneratus nunquam postea a lecto surrexit nisi mortuus elevatus. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Item, fuit inquisitum per me jandictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis, cum Reymondo Gantereti de Gebenn. pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisitione et articulis per me jandictum commissarium illam dicere quem novisse sciverit veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ex verbis quibus dici audivit que dictus Jaquemetus dixerat, ipse Jaquemetus non diligebat dictum dominum Petrum de Sernay et dominum Aymonem Salanchie. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>[22v]</sup> Super secundo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris Gebenn. in domo domini Aymonis Salanchie die veneris in vigilia beate Marie Magdalene nuper lapsa sanum et yllarem et cum aliis personis in eadem domo conversantem, ut dicit.

Super tercio articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>to</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super sexto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici<sup>a</sup> audivit quod dictus monachus mortuus fuit ex dictis vulneribus et cassuris per dictos Jaquemetum et Gredelletum eidem monacho illatis et factis ; quodque fuit intumulatu in cimisterio sui conventus de Sancto Victore extra muros Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil<sup>b</sup> scire.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat dicta die veneris in inquisitione descripta in domo habitationis domini Aymonis Salanchie, in qua etiam erant dictus monachus et

<sup>a</sup> dici] dicit *a.c.*

<sup>b</sup> se nichil] *om. a.c.*

dominus Guillelmus de Burdigny, ad quem dominum Aymonem venit quidam valletus illorum de Tuery vocatus Rutu, qui valetus dixit dicto domino Aymoni quod magistri sui se ipsos recomandabant eidem et quod ipsi magistri dicti valleti intellexerant quod dictus dominus Aymo habebat quendam debatum cum Jaquemetu Tromberti eorum homine, de quo debato vellet supersedere usque ad ipsorum primum adventum in Gebenn., et ipsi facerent tantum quod deberet contentari. Cui valletus dictus dominus Aymo respondit : ‘ecce, nos sumus rati illis de Tuery et ipsi sunt nostri et amore ipsorum nos nolumus aliquialiter ipsi Jaquemetu offendere’. Qui valletus dixit : <sup>[23r]</sup> ‘Ego revertar ad vos et sciam vobis dicere voluntatem dicti Jaquemeti’. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, quia tunc recessit, ut dicit, cum dicto Rutu.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>o</sup> et septimo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dicta die veneris supra descripta, circa horam none, dictos Jaquemetum Tromberti, Gredelletum cum dicto Tardi Tranallardi et Rosseto, badellis, et quodam alio cuius nomen ignorat, pretereuntes per longitudinem Ripperie, eundo versus pontem Rodani, et incontinenti, postquam preterierunt, dici audivit ibidem in platea de dictis Jaquemetu et Gredeleto : ‘isti sunt qui monachum de Sernay vulneraverunt’. Et postea dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus se retraxerunt infra Insulam Gebenn., ubi credebant esse tuti. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus dictam Insulam custodiebat et custodiendo morabatur et suam habebat mansionem. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse loquens fuit presens tam in domo domini Aymonis Salanchie quam in domo liberorum Johannis Camerarii, in quibus domibus dictum dominum Petrum de Sernay infirmum vidit, quod dictus dominus Petrus dixit pluribus vicibus et coram pluribus personis fidedignis quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum vulneraverant, ex quo moriebatur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super aliis articulis sequentibus interrogatus, dicit quod de illis que testificatus fuit est vox et fama et etiam sunt vera et manifesta in civitate Gebenn. et aliis locis circumvicinis inter notos et vicinos.

<sup>[23v]</sup> Subsequenter vero, anno quo supra et die peneultima predicti mensis novembri, fuit per me jandictum commissarium inquisitum super predictis intitulatis cum personis infrascriptis.

Et primo cum Francisco de Cruce, burgense Gebenn., qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem quem scire noverit.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a pluribus personis quorum non recordatur quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fecerunt eorum emprehysiam de eundo correz surs dictum monachum die veneris in vigillia beate Marie Magdalene Gebenn. in taberna Boni Johannis; quodque dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus ibant ad eorum dictam emprehysiam quod Petrus Chamossat, macellarius, eis dixit: ‘enfant alar arrei, vous fades une folle emprehysaz’. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto et VI<sup>to</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit pluribus vicibus dictum dominum Petrum de Sernay in predicta sua infirmitate a tempore quo fuit vulneratus usque ad diem qua fuit mortuus loguescens, patiens et a lecto suo non exiens nisi cum alterius persone iuvamine, dicens semper quod moriebatur vulnere capitis sui; ipsaque die in articulo designata mortuum vidit, corpusque eius in cimisterio Sancti Victoris ipsa die fuit traditum ecclesiastice sepulture, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super secundo, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, <sup>[24r]</sup> septimo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> et IX<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. <Super<sup>a</sup>> X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn., in Ripperia, ante domum Stephani de Veygier, in banno<sup>b</sup> suo ubi operabatur circa horam meredianam vel nonam, de quo loco vidit dictos Jaquemetum, Gredelletum, Tarditum Tranalliardum et duos cutellerios, quorum nomina ignorat, ut dicit, transeuntes per Ripperiam Gebenn. tendentes ad pontem Rodani, portantes suos gladios et enses. Inter quos dictus Gredelletus sanguinabat in capite et brachio. Cui Gredeleto dictus loquens dixit ‘ecce, quid habes? Tu sanguinas’. Qui Gredelletus respondit, sine se arestando: ‘Per luz sant Dyuz; nos nos suyus trovaz’. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis esse vera.

Super XV articulo iudiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> Super] *suppl. om.*

<sup>b</sup> banno] *con.*

Super aliis articulis sequentibus interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, fuit inquisitum super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis cum Jaquemeto Voattat dicto Rosset, de Bessauguez, parrochie de Collogniaco, pro teste in facto alieno, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ante vigiliam beate Marie Magdalene nuper lapsam dicti Jaquemetus, Gredelletus et dominus Aymo Salanchie inter se <sup>[24v]</sup> pro modica re brogiabant, et amore dicti domini Aymonis dictus dominus Petrus de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod dictus loquens vidit dictum dominum Petrum de Sernay de dicta domo habitacionis dicti domini Aymonis dictis die et hora in articulo<sup>a</sup> descriptis exire sanum et incolumen, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat dicta die veneris in articulo descripta Gebenn. ante domum seu opperatorium Johannis Durandi appodiatum super suo scanno in sonmitate carriere douz Perron, ex quo loco vidit dictos Jaquemetum et Gredeletum descendentes inferius per dictam carreriam, et descendendo oviaverunt cuidam homini vocato Buez, pisces vocatos jaulery deportanti. Et quando ipsi Jaquemetus et Gredelletus fuerunt econtra domum habitacionis domini Aymonis Salanchi, vidit dominum Petrum de Sernay de dicta domo dicti domini Aymonis exeuntem sanum, et evaginati gladiis et ensibus ipsorum per dictos Jaquemetum, Gredelletum ex una parte contra dictum<sup>b</sup> monachum et dictus monachus contra ipsos Jaquemetum et Gredelletum ceperunt alter contra alterum de dictis suis gladiis et ensibus estocare et alter alterum agrediri. Et sic ipsis tribus, videlicet Jaquemeto et Gredelleto contra dictum monachum et dicto monacho contra ipsos Jaquemetum et Gredeletum estocantibus, supervenerit quidam cutellerius quem non noscit, ut dicit ipse qui loquitur, cum gladio evaginato, et ipsum monachum in manu destra in qua tenebat gladium suum ipse cutellerius percuxit uno ictu, ex quo vidit ipsum monachum in manu predicta sanguinantem et digitum medium amputatum, et alios digitos dicte manus, pollice dempto, lesos et vulneratos. Et facto dicto ictu per dictum cutellerium in dicta manu dicti monachi, ipse cutellerius illico locum et plateam absentavit, et ipso monacho per dictum cutellerium percusso gladius dicti monachi de manu cecidit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. <sup>[25r]</sup> Interrogatus si dictus monachus erat adhuc lesus in aliquo loco quando dictus cutellerius ipsum in manu percuxit et gladium suum de manu cadi fecit, dicit quod non quod sciat nec viderit. Interrogatus si contra dictum monachum habebat tunc aliquis alius rixam vel pugnam, dicit quod non, nisi cum dictis Jaquemeto, Gredelleto et duobus aliis cutelleriis extraneis quorum nomina ignorat, ut dicit.

<sup>a</sup> in articulo] *bis scr.*

<sup>b</sup> dictum] *bis scr.*

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit quod factis dictis rixa, rumore et pugna de qua supra dixit, predictos Jaquemetum, Gredelletum et duos cutellerios contra dictum monachum et per ipsum monachum contra dictos Jaquemetum et Gredelletum, et leso dicto monacho in dicta rixa, dictos Jaquemetum, Gredelletum et cutellerios recedentes inferius per dictam carreriam vidit, dicto monacho ibidem in platea remanente leso et vulnerato in dicta rixa, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod dictus monachus fuit tunc retractus in domo habitationis domini Aymonis de qua ante exierat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod dici audivit contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici<sup>a</sup> audivit quod dictus monachus fuit mortuus, nescit tamen, ut dicit, de quo nec pro quo, et inde sepultus in Sancto Victore. Aliud nescit de contentis in ipso<sup>b</sup> articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse loquens cum Jaquemeto <et<sup>c</sup>> Gredelleto predictis, Johanne Tranallardi et pluribus aliis ipsa die veneris in vigillia beate Marie Magdalene gentabatur in domo Guillelmi Grumaux <sup>[25v]</sup> ubi vinum vendebatur. Qui Jaquemetus misit de dicta domo dicti Grumaux dictum loquentem et quendam alium vocatum Ruty ad domum domini Aymonis Salanchie ad sciendum in qua suspectione ipse dominus Aymo ipsum Jaquemetum tenebat. Qui loquens cum dicto Ruty iverunt ad dictam domum domini Aymonis, dictis Jaquemeto, Gredelleto et aliis gentibus remanentibus in domo dicti Grumauz. Qui loquens, ut dicit, cum dicto Ruty inter se proposuerunt non dicere illud quod dictus Jaquemetus eis inrugaverat, sed dicerent dicto domino Aymoni et aliis, si qui essent cum dicto domino Aymone, quod domini et magistri dicti Ruty, videlicet illi de Tuery se recomendabant eis et eos rogabant ut vellet se desistere de debato quod habebant cum eorum homine, videlicet dicto Jaquemeto Tromberti. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, excepto tamen quod postquam ipse loquens et dictus Ruty redierunt ad domum dicti Grumauz ubi erant dicti Jaquemetus et Gredelletus et eis narraverunt bonam responsionem habitam a dicto domino Aymone, iterum miserunt dictum Ruty ad dictum dominum Aymonem. Aliud nescit, ut dicit. Interrogatus quid eidem Ruty dixerit idem Jaquemetus quod diceret in domo domini Aymonis, dicit quod nescit nec quid fuerit responsum dicto Ruty, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> dici] *scr.*, dicit

<sup>b</sup> ipso] *scr.*, ipsis

<sup>c</sup> et] *suppl. om.*

Super VI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod postea dici audivit a dictis Jaquemeto et Gredelleto quod ipsi non erant armati in dicta pugna nisi gladiis et ensibus, ut badelli civitatis portare consueverunt, ut dicit. Aliud nescit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur ipsa die veneris circa horam nonam intravit tabernam Boni Johannis in articulo nominatam cum dicto Gonranz, in qua taberna bibebant plures gentes, inter que <sup>[26r]</sup> erant dicti Jaquemetus et Gredelletus cum Tranalliardo. Et supervenerunt castellanus, Johannes Escuerii et Benedictus Bellibini qui simul biberunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit ipsa hora et die dictos Jaquemetum, Gredelletum et Tranalliardum primo a dicta taberna exeuntes et euntes quasi versus Sanctum Petrum per carreriam in ipso articulo designatam portantes gladios et enses ut consueverant. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur insecutus fuit dictos badellos a dicta taberna Boni Johannis per carreriam canonicorum euntes usque econtra domum habitacionis Bartholomei de Allodiis et se appodiavit scanno Johannis Durandi, de quo loco vidit ea fieri per dictos Jaquemetum, Gredelletum et cutellerium et monachum que supra in tercio articulo dicte inquisitionis interrogatus dixit et deposuit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod facta dicta rixa dictus Jaquemetus se retraxit in Insulam Gebenn. et dictus Gredelletus fuit captus infra domum dicti Gallinat et ductus in dictam Insulam per castellanum et alios badellos, ubi steterunt a badaz ab illa die usque ad primam diem augusti sequentis, qua die prima augusti dicebatur quod dictus monachus moriebatur, et tunc ipsa die prima augusti dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt inferrati et in ferris positi. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>[26v]</sup> Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus ante dictam rixam erat custos dicte Insule et ratione ipsius custodie retrahebat ipse et eius uxor. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit quod ea que supra dixit sunt vera et de ipsis est publica vox et fama Gebenn. inter notos et vicinos.

Item, Bartholomeus<sup>a</sup> de Allodiis, habitator et burgensis Gebenn., cum quo fuit inquisitum super dicta inquisitione<sup>a</sup>, qui juravit interrogatus et diligenter

<sup>a</sup> Bartholomeus] *scr.*, Bertholomeus

examinatus per me iudictum commissarium super dicta inquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum monachum ipsa die veneris sanum, ut apparebat, et non lesum de mane. Aliud nescit.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat domi sue in qua aptabat quasdam res et audivit in villa rumorem et clamorem ad quem ivit, ut dicit. Et quando fuit supra luz Molar douz Perron vidit ante domum habitationis domini Aymonis<sup>b</sup> manum dicti monachi sanguinantem. Qui monachus dicebat manum suam demonstrando : ‘jez soy gatuz’. Viditque in dicta platea dictos Jaquemetum et Gredelletum et quendam cutellerium inductum de violet revaginantem gladium suum et dictum Jaquemetum qui erexit unum gladium nudum de terra et ipsum gladium econtra peletum domus Yolende de Monteforti proiecit. Et hoc facto, vidit dictum monachum sanguinantem et lesum in capite, <sup>[27r]</sup> medium digitum manus destre amputatum et alios, police dempto scissos et vulneratos, ex quibus sanguinabat, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit factis sibi pluribus interrogatoriis.

Super IIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto <et> VI<sup>o</sup> articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus stetit infirmus ex dictis vulneribus a dicta die qua fuit vulneratus usque ad diem qua decessit, et ipsum deportari vidit ad sepelliendum apud Sanctum Victorem in circa dictum tempus in articulo descriptum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit communiter, et ipsemet tenet, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt detenti in Insulam Gebenn. ratione et pretextu dicte rixe in ipso processu descripte. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> et XV articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt deffamati de dicto malefficio et homicidio subsecuto in civitate Gebenn. inter notos et vicinos.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod vox et fama laborat contra dictos Jaquemetum et Petrum Gredellet de eis que ipse loquens supra deposuit, et ea que deposuit sunt vera et notoria Gebenn. inter notos et vicinos.

<sup>a</sup> super dicta inquisitione] *bis. scr.*

<sup>b</sup> Aymonis] vidit *add.*

<sup>c</sup> et] *suppl. om.*



[27v] Item, Johannes Fabri de Vuachio, burgensis et habitator Gebenn., cum quo fuit inquisitum super dicta inquisicione, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me commissarium super dicto processu et articulis in ipso contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>vo</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dicti monachi corpus intumulari in cimisterio Sancti Victoris quadam die de mensis augusti nuper lapsi. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a Guillelmo Grumaux de Gebenn. die veneris in vigillia beate Marie Magdalene quod ipse Guillelmus bene timebat quod magnum malum non eveneret de debato inter dictum Jaquemetum et dominum Aymonem Salanchie habito, et quod ipse loquens ipsum<sup>a</sup> diligebat, et ideo vellet sibi mostrare. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dicta die veneris in vigillia beate Marie Magdalene gentati fuerunt de mane in domo dicti Guillelmi Grumaux. [28r] Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, excepto tamen quod ipse loquens nescit ubi dictam lauricam deportaverunt.

Super quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse de dicto Bon Johannt in articulo nominato quod dicta die veneris, circa horam nonam, dicti Jaquemetus et Gredelletus et sua briga biberunt in sua taberna circa XV vel XVI quarteron vini, quos quarteronos vini dictus Jaquemetus solvit dicto Bon Johannt tabernario. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super nono articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto Bon Johannt tabernario quod, sibi soluto de dicto vino per dictum Jaquemetum, ipse Jaquemetus cum sua briga exierunt dictam tabernam et se in duas partes diviserunt, quorum uni iverunt per

<sup>a</sup> ipsum] *om. a.c.*

carreriam canonicorum superius et alii per carreriam Tavellorum versus domum habitacionis domini Aymonis tendendo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu gentium contenta in articulo referencium.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dicta die veneris in articulo descripta, circa horam none, dictos Gredelletum, Jaquemetum cum sua briga revertendo a parte domus habitacionis dicti domini Aymonis per Ripperiam tendendo versus pontem Rodani binos et binos. Qui Gredelletus sanguinans dicebat : ‘per sanguinem Dei, nos invenimus nos’. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus qui erant cum ipsis Jaquemeto et Gredelleto, dicit quod non recordatur. Interrogatus de quibus dicebat quod se invenerant, dicit quod non audivit aliquem nominare.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

<sup>[28v]</sup> Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod fama laborat de illis que supra deposuit contra dictos Jaquemetum et Gredelletum et suos secaces. Interrogatus qui sunt sui secaces, dicit quod nescit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod illa que supra dixit sunt vera, notoria et manifesta in villa Gebenn. inter notos et vicinos.

Item, Petrus de Pessay, habitator Gebenn., retonsor, cum quo fuit imquisitum super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem. Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in domo habitacionis Bartholomei de Allodiis, videlicet in aula dicte domus, ubi magdefaciebat de pagnis, ex quo loco audivit rumorem in carreria douz Perron ibidem prope dictum domum, et exivit et ivit super Molari in platea vocata Perron iuxta quandam arborem vocatam tilliam et respexit inferius per dictam carreriam et vidit dictum monachum ante domum habitacionis domini Aymonis Salanchie dicentem : ‘ego sum perduz, ego perdidi unum digitum manus mee’. Et eciam vidit dictum digitum dicti monachi in terra amputatum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus si vidit dictum monachum sanguinantem, dicit quod non.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto et VI<sup>to</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet <sup>[29r]</sup> quod ipse qui loquitur vidit dictum Jaquemetum Tromberti, viso

prius dicto monachi digito amputato, recedentem inferius per dictam carreriam tenentem unum gladium evaginatum. Et ibidem in loco incontinenti dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverant. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogatus a quibus predicta dici audivit, dicit quod a dominis Girardo de Allo, Amblardo de Jervullaz, bastardo de Viriouz, Nychodo de Avussier et Bertheto nepote domini Jacobi de Arsunaz.

Super VII<sup>mo</sup> et VIII<sup>vo</sup> articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod dictus monachus decessit et ipsum vidit deportari sepultum. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, excepto quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus biberunt ipsa die in domo Bon Johann et quod vulgabiliter dicitur quod dicti Jaquemetus et Gredelletus predicta maleficia in personam dicti monachi perpetraverunt ratione cuius et pretextu in Insulam se retraxerunt. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, cum Aymone de Pitigny, domicello, fuit inquisitum super premissa inquisicione, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et aliis articulis dicte inquisicionis et indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit pluribus vicibus dictum monachum manentem in sua infirmitate de qua decessit a tempore quo fuit vulneratus usque quod fuit mortuus, et sua vulnera visitavit et ipsum visitando audivit pluribus vicibus ab ipso monacho dici quod dictus Jaquemetus ipsum in capite et Gredelletus in brachio et quidam cutellerius in manu vulneraverunt, ex quibus <sup>[29v]</sup> vulneribus stetit infirmus a tempore quo fuit vulneratus usque fuit mortuus; quem monachum vidit morientem et ipsum signo sancte crucis in morte signavit et ipsum deportari in cimisterio Sancti Victoris juvit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit. Interrogatus si dicta vulnera erant mortalia, dicit quod sic, et magis illud de brachio quam illud de capite. Interrogatus si ex dictis vulneribus fuit mortuus, dicit quod monachus dicebat, et communiter dicitur quod ipse monachus ex dictis vulneribus moriebatur et mortuus fuit ex ipsis.

Item, fuit inquisitum cum Petro, nutrito Petri douz Verney suctore, habitatore Gebenn. in carreria douz Perron, super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et aliis sequentibus articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in operatorio dicti Bardune magistri sui ubi suebat sotulares, et ipsos suendo audivit sonitum cuiusdam gladii proiecti contra murum domus Yolende de Monteforti, quo audito ipse loquens, ut dicit, per fenestram dicti operatorii extra in carreria respexit quid hoc esset. Et tunc vidit dictum monachum sanguinantem in capite et manu et dictos Jaquemetum et Gredelletum et Tranalliardi ibidem existentes, qui Jaquemetus suum gladium revaginabat. Et dici audivit quod dictus monachus

postea per viam non ivit, et ipsum monachum, ut dicit, vidit deportari sepeliendum. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Interrogatus quis dictum gladium econtra murum proiectum jactavit, dicit quod dici audivit quod Jaquemetus Tromberti. Interrogatus si aliquos alios ibidem vidit qui rixam cum ipso monacho habuerint nisi dicti Jaquemetus et Gredelletus, dicit quod non. <sup>[30r]</sup> Interrogatus si ex dictis vulneribus decesserit dictus monachus, dicit quod sic, prout dici audivit.

Item, Beatrisia dicta Mutoz, de Gebenn., cum qua fuit inquisitum super dicto processu, que juravit interrogata et diligenter examinata per me supra dictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem super quo processu vel inquisicione et articulis in ipso vel in ipsa contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur vidit dicta die veneris in vigilia beate Marie Magdalene in dicto processu designata Jaquemetus Tromberti, Gredelletum et Johannem Tranallardi et plures alios quorum nomina ignorat, ut dicit, exeuntes de domo Guillelmi Grumaux, et paulo post dici audivit quod ipsi Jaquemetus, Gredelletus et eorum secaces verberaverant dictum monachum, quem monachum postea vidit deportari sepeliendum, et dici audivit quod ex illis verberibus expiraverat et quod vox et fama est de predictis in villa Gebenn., ut dicit.

Item, dictus Buez Danier, habitator Gebenn., cum quo fuit inquisitum pro teste super dictis inquisicione et articulis in eadem contentis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in dicta inquisicione contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur ipsa die veneris in vigilia beate Marie Magdalene nuper lapsa veniebat de Pessonerie Gebenn. et recedebat ad domum sue habitationis versus Dominam Nostram Novam ubi morabatur, ut dicit, per carreriam douz Perron, et quando fuit econtra cathias domus domini Amblardi vidit dictos Jaquemetum et Gredeletum descendentes per dictam carreriam inferius et paulo post, semper eundo superius, audivit aliquos retro se cum gladiis evaginatiis estocantes, et alios <sup>[30v]</sup> homines vidit impetuose per dictam carreriam inferius, unos venientes de claustrum Sancti Petri et alios deversus domum Bartholomei de Allodiis<sup>a</sup> cum suis gladiis evaginatiis currentes, impetu quorum ipse loquens in terra cecidit. Qui loquens, se erigendo a<sup>b</sup> casu, vertit se inferius et tunc vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum gladiis suis evaginatiis estocantes contra alias personas. Qui loquens postea dictum monachum vidit sanguinantem per caput et faciem, de quo monacho postea dici audivit quod ex illis vulneribus fuit mortuus.

Interrogatus si nullus alius habebat rixam cum dicto monacho nisi dicti duo badelli, dicit quod non quod vidit. Interrogatus si vidit aliquem contra dictum monachum estocantem nisi dictos duos badellos, dicit quod non, et ipsos duos badellos contra dictum monachum estocantes de suis gladiis vidit et dictum

<sup>a</sup> Allodiis] currentes *add.*

<sup>b</sup> a] acu *a.c.*

monachum contra dictos badellos, ut dicit. Interrogatus qui ipsorum primo suum evaginavit gladium, dicit quod nescit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Johannes Marchant, macellarius, de Gebenn., cum quo fuit inquisitum super dicto processu, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super ipso processu et articulis in ipso contentis meram dicere veritatem.

Super quibus omnibus et singulis in ipso processu contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit per villam Gebenn. quod dicti badelli habuerunt cum dicto monacho die et loco ac hora in processu descriptis nescit quem escharbotement et quod ipsi badelli ipsum monachum verberaverunt, et inde dici audivit quod dictus monachus fuit mortuus, non tamen ex illo verbere quod dici audivit, ut dicit. Aliud nescit.

[31r] Item, inquisitum fuit super premissis in inquisicione contentis cum Johanneta relicta Johannis Camerarii de Gebenn. quondam, pro teste, que juravit interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis illam quam scire noverit dicere veritatem.

Et primo, super tercio articulo dicte inquisicionis interrogata<sup>a</sup>, obmissis primo et secundo, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur erat Gebenn. in domo sue habitacionis sita in dicta carreria douz Perron, fenestris dicte domus ex parte dicte carriere clausis<sup>b</sup> existentibus, ipsa die et hora in ipso articulo descriptis, ubi loquebatur cum Georgio de Sancto Michaeli, et ipsis sic loquentibus audivit tumultum in dicta carreria ut lapidum per ipsam carreriam projectorum, ex quo tumultu dixit dicto Georgio: ‘ego audio rumorem’. Qui Georgius respondit quod erat currus ferratus qui per dictum locum ducebatur. Et iterum audivit dominum Amblardum qui presentabat venabulos, nescit tamen quibus, ut dicit ipsa qui loquitur. Et appertis dictis suis fenestris, vidit dictum dominum Amblardum qui presentabat venabulum, nescit cuius, ut dicit ipsa que loquitur. Tamen dicit quod tunc vidit dictum dominum Petrum de Sernay monachum manum suam erigentem et gentibus demonstrantem sanguinem et dicentem: ‘ego sum gatous’, et inde vidit Jaquemetum et Gredelletum in eadem carreria et eadem hora cum nonnullis aliis. Qui Jaquemetus et Gredelletus recedebant per dictam carreriam inferius tenentes suos gladios evaginatos, adhuc evaginatos habentes, quando fuerunt fugiendo econtra domum habitacionis domini Rodulphi Gavit, ut dicit. Et ipsa, stupens dicto opere, ut dicit, exivit domum suam et ivit ad dictum monachum quia erat nobilis, ut dicit, et vidit ipsum monachum lesum et vulneratum ut in tercio articulo dicte inquisicionis continetur. Qui monachus ipsamet die fuit ductus ad domum habitacionis ipsius loquentis ubi mansit infirmus et languens ab illa die usque ad terciam diem mensis [31v] sequentis augusti, qua die de nocte decessit, et inde sepultus in cimisterio Sancti Victoris. Et dicit quod credit quod sunt deffamati de dicto maleficio et

<sup>a</sup> interrogata] *scr.*, interrogatus

<sup>b</sup> clausis] *scr.*, clusis

quod ea que dixit sunt vera, et de eis est vox et fama in villa de Gebenn., ut dicit ipsa que loquitur. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Alexia, uxor Petri Montions de Gebenn., cum qua fuit imquisitum pro teste, que juravit interrogata et diligenter examinata super dicto processu.

Super quo dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredeletus dictum monachum vulneraverunt ut in processu continetur, ex quibus vulneribus decessit, et de eis fama laborat, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, fuit imquisitum super dicta imquisicione cum Ansermeta, filia Petri Montion, pro teste, que juravit interrogata et diligenter examinata super dicto processu.

Super quo dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur vidit die vigillie beate Marie Magdalene in eorum carreria ante domum habitacionis domini Aymonis Salanchie Jaquemetum Tromberti, Gredelletum, badellos Gebenn., et duos alios sibi ignotos contra monachum de Sernay cum gladiis suis preliantes. Deinde vidit dictum Gredelletum cum aliis inferius recedentem per brachium sanguinantem. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Marieta, filia Petri dicti Rossellions de Challex, habitatrix Gebenn., cum qua fuit imquisitum super dicta imquisicione et articulis <sup>[32r]</sup> in eadem contentis, que juravit interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium.

Super quibus in ipsa imquisicione contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur dici audivit pluribus vicis a dicto monacho, in sua infirmitate qua decessit languescente, quod dictus Jaquemetus Tromberti ipsum in capite vulneraverat et Gredeletus in brachio, et quod ex illis vulneribus moriebatur, quem mortuum vidit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Perroneta, uxor Hugonis Patisserii, habitatrix Gebenn., commorans in dicta carreria douz Perron, cum qua fuit imquisitum super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis, que juravit interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super ipsa imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et aliis articulis in eadem imquisicione contentis particulariter et divisim interrogata, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur vidit die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapsa dictos Jaquemetum et Gredelletum in processu nominatos et plures alios quorum nomina ignorat simul euntes per dictam carreriam inferius ita cito ut fugarentur. Qui Jaquemetus dicebat dicto Gredelleto: 'tu as mal fait'. Et cito post dici audivit in villa Gebenn. quod dicti badelli dictum monachum verberaverant et quod ex illo verberare fuit mortuus; quo mortuo, ipsa loquens vidit ipsum monachum deportari sepelliendum. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Petrus Ysembar, escoferius, civis Gebenn., cum quo fuit super dicto processu imquisitum pro teste, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per

me supradictum commissarium super dicta <sup>[32v]</sup> imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, secundo, tercio et aliis articulis in ipsa imquisicione contentis particulariter et divisim <interrogatus<sup>a</sup>>, dicit se in omnibus et per omnia in ipsa contentis et contenta tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur bibebat cum nonnullis aliis personis die vigillie beate Marie Magdalene in<sup>b</sup> Pellipparia Gebenn. in taberna Boni Johannis, et ipsis bibentibus dicti Jaquemetus et Gredeletus dictam tabernam intraverunt, quibus fuit invitatum vinum per aliquos tabernarios, sed recipere noluerunt quasi esse irati apparentes. Qui Gredelletus dicebat : ‘iste mosy nos videbimus quis erit’. Et erant valde emforetaz. Quos badellos vidit extra dictam tabernam exeuntes.

Aliud nescit, excepto tamen quod in crastino dici audivit circa occasum solis quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverant, et post vidit ipsum monachum mortuum, ut dicit, de morte cuius sunt dicti badelli deffamati ; dicensque quod ea que dixit dictus loquens sunt vera et de ipsis viget vox et fama inter notos et vicinos, ut dicit.

Item, Reymondus de Sernay, domicellus, cum quo fuit imquisitum pro teste super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me supradictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet <sup>[33r]</sup> quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in domo habitacionis domini Aymonis Salanchie pro quibus suis negociis et Johannis de Genthouz cum ipso domino Aymone peragendis die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapsa. De qua domo ipse loquens, ut dicit, audivit contra domum fieri bruit ut preliaretur, et tunc exivit dictam domum et ante ipsam domum vidit Jaquemetum Tromberti et Gredelletum cum gladiis et ensibus suis evaginati contra dictum dominum Petrum de Sernay, ad quem monachum pro retro venit quidam extraneus cum gladio suo evaginato et in manu in qua dictus monachus gladium suum tenebat percuxit et ipsum in dicta manu vulneravit et digitos scissit et unum amputavit. Et tunc gladius dicit monachi de sua manu ad terram cecidit. Dictusque Gredeletus dictum monachum de gladio vel ense in brachio percuxit et uno vulnere lesit, et tunc aliunde dictus Jaquemetus ipsum monachum, ut intendit ipse loquens, in capite uno ictu percuxit et uno vulnere vulneravit, ex quo sanguine vidit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

<sup>a</sup> interrogatus] *suppl. om.*

<sup>b</sup> in] *bis scr.*

Super VI<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum esse verum.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dictus dominus Petrus de Sernay monachus in ipsa imquisicione nominatus die contenta in ipso articulo decessit ab hoc seculo, et dicit ipse qui loquitur quod fuit mortuus ex dictis vulneribus, potissime vulnere capitis quod erat mortale, prout sibi et aliis pluribus qui vulnera hominum viderunt videtur; <sup>[33v]</sup> ipsiusque domini Petri corpus fuit ecclesiastice sepultus in cimisterio Sancti Victoris cuius erat monachus et conventualis traditum, quia vidit et presens fuit, ut dicit ipse qui loquitur, quando fuit sepultum.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra deposuit.

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod vox et fama currit de predictis maleficiis contra dictos Jaquemetum et Gredelletum, et quod ea que ipse loquens supra deposuit sunt vera et notoria in villa Gebenn. Aliud nescit, ut dicit.

Item, Johannes de Genthouz, domicellus, cum quo fuit imquisitum super dictis imquisicione et articulis in eadem contentis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Petrum de Sernay in articulo nominatum ipsa die in articulo descripta sanum corpore in domo dicti domini Aymonis Salanchie in articulo descripta.

Super tercio articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat die veneris in vigillia beate Marie Magdalene Gebenn. in domo habitationis domini Aymonis Salanchie, in qua domo eciam erat dictus dominus Petrus de Sernay, quem dominum Petrum ipse loquens, ut dicit, vidit de dicta <sup>[34r]</sup> domo pacifice et quiete exeuntem. Et paulo post, ipso domino Petro foris a domo predicta existente, audivit ipse qui loquitur rumorem in via ante dictam domum. Quo rumore preaudito, ipse loquens exivit dictam domum et vidit Jaquemetum Tromberti et Gredelletum in articulis descriptos cum gladiis et ensibus evaginati contra dictum monachum et ipse monachus contra ipsos preliantes et ictus cum dictis gladiis et ensibus unus contra alterum, videlicet dicti Jaquemetus et Gredeletus contra dictum monachum et ipse monachus contra ipsos, proicientes et jactantes, ex quibus ictibus dictus monachus fuit, ut in articulo continetur, lesus et vulneratus in manu et capite<sup>a</sup> in dicta rixa et pugna, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> capite] et manu *add.*



Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VI<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus monachus fuit ipsa die in articulo descripta mortuus ex ipsis vulneribus, et inde sepultus in cimisterio Sancti Victoris. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod vox et fama est de eis que supra deposuit, scilicet in civitate Geben. et aliis locis circumvicinis, inter notos et vicinos. Et quod ea que dixit supra testificando sunt vera, notoria et manifesta in locis predictis inter notos et vicinos. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

[<sup>34v</sup>] Item, Aymonetus Barberii, de Gebenn., cum quo fuit imquisitum super dicto processu et articulis in eodem contentis, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus super ipso processu meram dicere veritatem.

Super quo processu et in ipso contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto Gredelleto quod die veneris in processu descripta transeunte per Ripperiam quod ipse Gredelletus bene coragiabat : ‘nous nous suyns en contraz de per Dyuz aut de per luz dyablez’. Et post ipsum monachum deportari vidit ad sepeliendum. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit factis pluribus interrogatoriis.

Item, Andrinetus de Bernay, habitator Gebenn., coudurerius, cum quo fuit imquisitum super dicto processu, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super ipso processu et articulis in eodem contentis meram dicere veritatem.

Super quo dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dicta die veneris circa horam nonam in processu descripta dictos Jaquemetum Tromberti et Petrum Gredellet et plures alios cum ipsis euntes per Ripperiam Gebenn. et tendentes versus pontem Rodani, inter quos dictus Gredelletus sanguinabat in vultu et capite.

Aliud nescit de contentis in ipso processu, nisi quod postea dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus cum dicto monacho dicta die veneris in articulis descripta se verberaverunt, ut dicit.

[<sup>35r</sup>] Item, Roletus Bassen, burgensis Gebenn., codurerius, cum quo fuit imquisitum pro teste super dicta imquisicione<sup>a</sup> et articulis in eadem contentis

<sup>a</sup> imquisicione] *scr.*, imquisicionis

particulariter et divisim meram dicere veritatem, qui juravit in minibus nostris<sup>a</sup> commissarii ad sancta Dei Evvangelia ab eodem corporaliter prout precedents et sequentes testes examinati et examinandi juraverunt illam dicere quam super ipso processu noverint veritatem, et sic deposuit ut infra.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulo nominati fecerunt, ipsa die veneris in articulo descripta, fecerunt impreysiam contra dictum monachum et dominum Aymonem Salanchie, cui dictus Jaquemetus inimicabatur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus a quo dici audivit ea que deposuit audivisse, dicit quod non recordatur.

Super II<sup>do</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, excepto tamen quod ipsum dominum Petrum ipsa die veneris de mane vidit in villa Gebenn.

Super tercio articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera a pluribus personis dicte carriere douz Perron, ut dicit.

Super IIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VI<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Petrum de Sernay in domo habitacionis domini Aymonis Salanchie, ad quem ivit quando dici audivit quod dictus monachus erat vulneratus ; et ipsum monachum lesum et malectractus vidit. Et ipsam et die, de nocte, ipse monachus fuit ductus ad domum liberorum Johannis Camerarii, ut dicit ipse qui loquitur quia vidit, ut dicit.

<sup>[35v]</sup> Super VII<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur dictum monachum in sua infirmitate pluries vidit et visitavit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super primo et secundo articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod quidam valetus qui vocatur Ruty fuit missus per dictos badellos ad domum habitacionis dicti domini Aymonis ad sciendum que in articulo continentur.

Super IIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse a dicto Johanne Fabri in articulo nominato contenta in ipso articulo fore vera.

Super quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> et nono articulis indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus et aliqui alii in numero circa decem biberunt in dicta taberna Boni Johannis et ea fecerunt postea que in articulis continentur. Interrogatus a quibus dici audivit, dicit quod non recordatur. Interrogatus si dici audiverit qui erant de numero illorum X<sup>cem</sup>, dicit quod sic. Interrogatus qui, dicit quod dictus Tardi et duo cutellerii quos minime se dicit noscere.

<sup>a</sup> nostris] *scr.*, nris

Super X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dicta die veneris, circa horam nonam, dictos Jaquemetus et Gredelletus per Ripperiam Gebenn. euntes et tirantes versus pontem Rodani, qui Gredeletus tenebat brachium suum cum manu altum amplexum et dicebat: 'nos oviavimus nos a parte Dei vel a parte dyaboli'; quodque post dici audivit quod se retraxerunt in Insulam, videlicet dicti Jaquemetus et Gredelletus, alii vero <sup>[36r]</sup> consortes fugam arripuerunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu gencium.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod gentes dicunt communiter quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt de dicto opere malo deffamati.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod est notorium et manifestum in villa Gebenn. quod dictus monachus ex dictis vulneribus decessit ab hoc<sup>a</sup> mondo et quod ea que supra deposuit sunt vera, ut dicit.

Item, Martinus de Nernier, mercerius, habitator Gebenn., cum quo fuit imquisitum pro teste super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super ipsa imquisicione meram dicere veritatem.

Super quo toto processu dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit post festum beate Marie Magdalene nuper lapsum quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant malivolli et inimici domini Aymonis Salanchie. Dicitque se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt incarcerati pro eo quod inculpanitur verberasse et vulnerasse dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris, de quo eciam monacho dici audivit fore mortuo. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

<sup>[36v]</sup> Item, dicta Dognier, de Gebenn., pro teste imquisita super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem, super qua juravit.

Interrogata deponit se nichil scire, excepto quod per tres dies post festum beate Marie Magdalene nuper lapsum dici audivit Gebenn. a quibusdam personis et vicinis suis quod erat magnum dampnum de dicto monacho vulnerato, quia erat de bonis Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso processu, nisi eciam quod dici audivit quod dictus monachus postea decessit, nescit de quo nec dici audivit, ut dicit ipsa que loquitur.

Subsequenter vero, anno quo supra et die VII<sup>a</sup> decembris, Gebenn., fuerunt examinati pro testibus in facto alieno per me jandictum commissarium in

<sup>a</sup> hoc] *scr.*, ho

presencia Guillelmi Lombardi et Johannis Clarmont procuratorum assertorum egregie civitatis Gebenn. super inquisicione supra scripta et articulis in eadem contentis, qui testes juraverunt ad sancta Dei Evvangelia illam dicere veritatem quam supra ipsa inquisicione noverint scire.

Et primo Johannes Durandi, burgensis Gebenn., testis in facto alieno, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris in articulo nominato exire de domo habitationis dicti domini Aymonis Salanchie ipsa die veneris sanum et illarem, ut dicit <sup>[37v]</sup> ipse loquens.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat in suo operatorio in domo sue habitationis, in quo loco ludebat, ut dicit, cum aleis cum uno sacerdote. Et sic ipsis ludentibus audivit rumorem et tunc levavit suos oculos ad videndum quid esse poterat, inferius per dictam carreriam douz Perron inspiciendo vidit ante domum habitationis domini Aymonis Jaquemetum Tromberti et Petrum Gredellet, dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris et Johannem de Genthouz cum gladiis et ensibus evaginati inter se chirpantes et bellantes et percutientes. Interrogatus quis contra ipsum monachum bellabat, dicit quod inter seipsos preliabantur cum suis gladiis et ensibus. Et vidit in dicta rixa seu pugna digitum medium manus destre dicti monachi amputatum et manum suam sanguinantem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus quis ipsum digitum dicto monacho amputavit, dicit quod nescit. Interrogatus quid dictus digitus devenit, dicit quod Petrus de Burdigny dictum digitum a terra erexit et super quodam scanno posuit, quem digitum ancilla domini Petri de Sancto Jorio canonico Gebenn. cepit et secum quo voluit deportavit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit in dicta rixa dictum Jaquemetum Tromberti erigentem a terra unum gladium quem econtra murum domus Yolende jactavit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, se referens ad dicta sua que alias fecit in manibus aliorum commissariorum super processibus per ipsos factis de et super huiusmodi opere, ut dicit.

Super quinto articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipso domino Petro, ut predixit, vulnerato et in loco remanente, vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum recedentes per dictam carreriam inferius tendentes versus Ripperiam Gebenn., gladios suos evaginos in manibus suis tenentes et deportantes, ut dicit.

<sup>[37v]</sup> Super VI<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus <quomodo<sup>a</sup>> scit, dicit quod ipse qui loquitur contenta in ipso articulo esse et fieri vidit, ut dicit.

<sup>a</sup> quomodo] *suppl. om.*

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dictus monachus est mortuus et sepultus in cimisterio Sancti Victoris. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum cum dicto monacho, ut predixit, preliantes. Aliud nescit, nisi quod supra dixit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus Jaquemetus, perpetrato dicto maleficio, se retraxit infra Insulam Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, nisi illud quod supra dixit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> et XVII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum.

[<sup>38r</sup>] Item, Hugoninus Patisserii, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsum monachum in articulo continetur vulneraverunt et vulnera intulerunt, ex quibus vulneribus decessit, quem<sup>a</sup> sepelliri vidit ut in processu continetur. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit. Que predicta deposuit in presencia Johannis Clarmont, Francisci de Stabulo et Johannis Gay procuratorum assertorum Gebenn.

Item, Johannes Benedicti, de Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> quem] *scr.*, que

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit \*\*\*\*\*<sup>a</sup> et Gredelletus habuerunt rixam cum domino Petro de Sernay monacho, in qua rixa fuit lesus et vulneratus dictus monachus in capite et manu. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>o</sup> dicit quod <sup>[38v]</sup> ipse qui loquitur dici audivit quod dictus monachus fuit et stetit lesus, vulneratus et infirmus in domo liberorum Johannis Camerarii ex dictis vulneribus in rixa predicta receptis et habitis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum monachum cum cruce et monachis deportari ad sepeliendum in Sancto Victore circa tempus in articulo descriptum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus ipsa die veneris in vigillia beate Marie Magdalene biberunt in taberna Bon Johannt in articulo descripta. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus cum ipso monacho dicta die veneris in processu descripta habuerunt rixam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus, tempore dicte rixe, suam faciebat in dicta Insula mansionem, et dici audivit quod post dictam rixam se retraxit in eandem Insulam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse loquens dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt et fuerunt detempti ratione et pretextu rixe cum dicto monacho per ipsos habite. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>[39f]</sup> Super XIII<sup>o</sup> et XV<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVI<sup>o</sup> articulo ipsorum indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum opus in processu descriptum fecerunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod illa que supra dixit sunt vera et notoria.

<sup>a</sup> *lac. hab.*

Item, Jaqueta, filia Johannis Magnin de Chonmont, habitatrix Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogata, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogata, dicit quod ipsa que loquitur vidit dicta die veneris in articulo descripta dictum monachum in domo habitacionis domini Aymonis Salanchie sanum et illarem et negociantem pro se et eius fratre cum dicto Aymone.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisitionis interrogata, dicit quod dicta die veneris, circa horam in articulo descriptam, dictus dominus Petrus exivit de dicta domo habitacionis dicti domini Aymonis et ipsa loquens post modicum eciam exiverit et ante dictam domum vidit duos homines, quorum nomina ignorat et ipsos non noscit, gladios evaginos contra dictum monachum tenentes et ipsum monachum lesum et vulneratum in capite et in<sup>a</sup> manu et digitum medium dicte manus amputatum ut in articulo continetur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogata si dictos duos homines quos vidit contra dictum monachum gladios<sup>[39v]</sup> evaginos tenentes inde nominari audivit, dicit quod sic. Interrogata<sup>b</sup> quibus nominibus nuncupabantur, dicit quod unus vocabatur Jaquemetus et alius Gredelletus.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogata, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo interrogata, dicit quod illi duo homines quos viderat gladios suos contra dictum monachum evaginos, leso et vulnerato dicto monacho, iverunt quo voluerunt et dictum monachum ibidem dimiserunt, qui monachus ita lesus se retraxit infra domum habitacionis dicti domini Aymonis, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogata, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VII<sup>o</sup> articulo et eciam VIII<sup>o</sup> interrogata, dicit quod dictus monachus ex ipsis vulneribus stetit infirmus quindecim diebus, et in fine dictorum XV dierum decessit ex dictis vulneribus et inde sepultus ut in articulo continetur.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogata, aliis precedentibus pretermissis, dicit quod illi qui dictum opus fecerunt sunt deffamati de ipso opere malefacto, nescit tamen qui sunt nisi, ut supra dixit, quod dici audivit quod erant Jaquemetus et Gredelletus.

Super aliis sequentibus articulis interrogata, dicit se nichil scire nisi illa que supra dixit sunt vera.

Item Margarita, filia Petri Monthion civis Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

<sup>a</sup> in] *om. a.c.*

<sup>b</sup> Interrogata] *scr.*, Interrogatus

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogata, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus, badelli Gebenn., verberaverunt et vulneraverunt monachum de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super aliis articulis in dicta imquisicione contentis interrogata, dicit quod postea dici audivit quod dictus monachus fuit mortuus. Interrogata de quo, dici audivit quod fuit mortuus aut illis vulneribus aut alia infirmitate, dicit quod dici non audivit de quo nec pro quo.

[40r] Item, Petrus Grilion, barbitonsor, habitator et burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit voce et fama referentibus in villa Gebenn. ipsum articulum esse verum.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur, die in articulo descripta, vidit dictum monachum, circa unam horam ante quam dici audivisset quod fuit lesus, pretereuntem per ante domum habitacionis ipsius loquentis et euntem versus Sanctum Petrum sanum et in bono statu persone. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse a dominis Girardo de Arlo, Amblardo de Jervullaz, canonico Gebenn., et a pluribus aliis quorum de presenti non recordatur, quod Jaquemetus Tromberti, Gredelletus et quidam cutellerius ipsum dominum Petrum de Sernay die et loco in articulo descriptis ut in ipso articulo continetur verberaverunt, vulneraverunt et male tractaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Petrum de Sernay ipsa die venire lesum et vulneratum ut in processu continetur infra domum habitacionis dicti domini Aymonis Salanchie ubi fuit de suis vulneribus per barbitonsorem aptatus, et ipso aptato fuit inde ductus ad domum Camerariorum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

[41r] Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dictus monachus die contenta in articulo decessit et mortuus fuit. Aliud nescit de contentis in articulo, ut dicit. Interrogatus si ex dictis vulneribus decesserit, dicit quod ipse loquens bene credit quod nisi fuisset lesus quod ipse monachus nondum fuisset mortuus. Interrogatus si dicta vulnera erant mortalia seu letalia, dicit quod secundum quod ipse vidit in libris et dici audivit a suis magistris in hoc expertis quod est mirum quoniam tantum vixit sed quoniam citius decessisset ex vulnere capitis. Dicitque ipse loquens quod dictus monachus decessit tam ex vulnere capitis quam aliis vulneribus sibi illatis et factis.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.



Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur, die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapse, radebat Johannem de Albergamentis olim castellanum Gebenn. in operatorio ipsius loquentis in Burgo Foris de Gebenn. Et ipsum sic radendo, supervenit dictus Gredelletus et sibi loquenti petiit mutuo suam lauricam ferri dicendo: Isti monachi volunt sustinere istum dominum Aymonem Salanchi, mex, per sanguinem Dei, nos non dimitemus pro ipsis nostrum negocium peragere quin curramus super ipsis et super monachos si ipsos appodiare velint'. Aliud nescit de contentis in ipso articulo. Interrogatus quid castellanus tunc respondit, dicit quod nescit. <sup>[41v]</sup> Interrogatus si ipse loquens dicto Gredelleto suam lauricam postulatam adcomodavit, dicit quod non adhuc si XX<sup>ta</sup> habuisset unam.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus nuncios miserunt ad domum habitacionis dicti domini Aymonis, ut in articulo continetur, ad sciendum in qua suspeccione ipsos habebant. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus petiit ab ipso loquente lauricam suam sibi accomodari. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dicta die vidit dictum Gredelletum deportantem suum ense et ab ipso loquente mutuari suam lauricam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in articulo esse vera.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse a dictis dominis Girardo, Amblardo, Monacho, Offendo et pluribus aliis quorum non recordatur, contenta in ipso articulo fore vera.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt de huiusmodi opere deffamati et propter hoc sunt incarcerati et detempti in Insula Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso processu nisi illud quod supra dixit.

<sup>[42r]</sup> Item, Petrus Vuydo, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera. Interrogatus a quibus dici audivit, dicit quod a pluribus quorum non recordatur.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dictus monachus est et fuit mortuus et sepultus, et credit, ut dicit ipse qui loquitur, quod mortuus fuit ex dictis vulneribus. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super primo, secundo, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus habebant luz rey quod ipsi dictum monachum vulneraverunt et quod ex illis vulneribus decessit.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit quod bene communiter dicitur Gebenn. quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt, et quod ratione huiusmodi lesionis sunt detenti in Insula Gebenn., et dicit quod illa que supra dixit sunt vera et de ipsis est communis vox et fama, ut predixit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Marieta, relicta Roleti Correouz, habitatrix de Gebenn., testis producta, iuravit interrogata et diligenter examinata super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Super qua <sup>[42v]</sup> inquisicione et articulis in eadem contentis dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt et quod ex illis vulneribus mortuus fuit. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit.

Item, Petrus Ramelli, macellarius, burgensis Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis et particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant malivolti dicto monacho et impreysiam contra ipsum fecerunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictum monachum, die veneris descripta in articulo mane euntem per viam suam et illarem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a pluribus quam sint cente persone quod dicti Jaquemetus et Petrus dictum monachum die, loco et hora descriptis in articulo et ut in eodem continetur vulneraverunt et cassaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse <qui<sup>a</sup>> loquitur nunquam vidit, scivit nec dici audivit quod dictus monachus exivit a domo a die qua fuit vulneratus usque ad diem qua fuit extractus mortuus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo<sup>b</sup>, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, <sup>[43r]</sup> dicit quod ipse qui loquitur dici audivit dictum monachum fuisse mortuum ex dictis vulneribus et

<sup>a</sup> qui] *suppl. om.*

<sup>b</sup> articulo] *bis. scr.*

cassuris, ipseque loquens vidit corpus dicti monachi defferri ad sepeliendum ipsa die in articulo descripta. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Petrum, Johannem Escuerii cum pluribus aliis in taberna Boni Johannis in articulo nominati bibentes cum pluribus aliis quorum non recordatur ipsa die ante quam dici audivit quod dictus monachus fuisset vulneratus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup> et XV<sup>o</sup> articulis dictorum indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus fuit per dictos Jaquemetum et Petrum lesus et vulneratus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, Johanneta, uxor Johannis Bocher de Sancto Gervasio, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogata<sup>a</sup>, dicit se tantum <scire<sup>b</sup>>, videlicet quod ipsa qui loquitur dicta die veneris vigillie beate Marie Magdalene in articulo descripta exhibat de domo domini Amblardi de Jonvillaz pannis lingies ad lavandum portando ad Rodanum onerata, <sup>[43v]</sup> et descendebat per dictam carreriam douz Perron, et postquam<sup>c</sup> fuit econtra casale grangie domine Yolende de Monteforti, eundo inferius, audivit Jaquemetum Tromberti interrogantem quendam sibi loquenti ignotum ubi vendebatur vinum album. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit, quia recessit inferius ad lavandum dictos pannos versus pontem Rodani, ut dicit.

Item, Petrus Mothi, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nihil scire quia ipsum monachum non noscebat, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverant. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto, obmisso quarto articulo, dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod postquam dici audivit quod dictus monachus fuerat lesus vidit ipsos

<sup>a</sup> interrogata] *scr.*, interrogatus

<sup>b</sup> scire] *suppl. om.*

<sup>c</sup> postquam] *scr.*, postque

Jaquemetum et Gredelletum ipsa die veneris facientes per villam luz compaignons. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus monachus fuit ex dictis vulneribus mortuus et inde sepultus ut in articulo continetur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jacquemetus et Gredelletus in articulo nominati <sup>[44r]</sup> erant malivolli dicto monacho. Aliud nescit.

Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jacquemetus et Gredelletus dicto monacho minati fuerunt. Aliud nescit, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> et IIII<sup>to</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jacquemetus et Gredelletus petierunt ipsa die a pluribus personis arma sibi prestari. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus a quibus petierunt arma, dicit quod nescit nec nominari audivit.

Super VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi quod bene ipsos Jacquemetum et Gredelletum vidit euntes per villam Gebenn. ut alias ibant.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse loquens dici audivit quod dicti Jacquemetus et Petrus ipsa die veneris biberunt in taberna Bon Johannt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scisse.

Super XIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XVI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod fama currit de depositis per ipsum, et ea que deposuit sunt vera, ut dicit.

Subsequenter autem, die VII<sup>a</sup> mensis decembri, fuit super premissis omnibus et singulis in dicta imquisicione contentis et descriptis imquisitum cum dicto Jacquemeto Tromberti, imquisito pro principali in facto suo et teste in alieno, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus <sup>[44v]</sup> per me jamdictum commissarium in presencia virorum et discretorum Francisci de Stabulo, Johannis Clarmont, Johannis Gay, Guillelmi Lombardi procuratorum assertorum dicte civitatis Gebenn., nec non Girardi Morelli, Mermeti Naquat, Georgii de Sancto Michaele, Mermeti Signet, Perreti Forneri Escoferii, Mermeti Gantel, Nantermeti Glenaz burgensium Gebenn., super dicta imquisitione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem, imposita sibi pena XXV marcharum argenti de veritate confitenda, de qua pena unacum de periurio puniretur si contrarium sue responsionis in aliquo reperiretur et veritatem confiteri neglexerit.

Et primo, super primo articulo dicte inquisitionis interrogatus, negat ipsum articulum esse verum quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super tercio articulo dicte inquisitionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire. Interrogatus si dictum monachum dictis die, hora et loco vidit, dicit quod sic, quando dictus monachus super ipsum loquentem, ut dicit, venit currere descendendo de domo habitacionis dicti dominin Aymonis et dixit eidem loquenti : ‘truant, quid venis nobis quesitum huc? Tu nobis petis vinum album, sed habebis rubeum’. Et ad hec ipsum loquentem, ut dicit, de manu in pectore percuxit et evaginato suo monachi gladio ipsum loquentem de dicto gladio percutere attentavit. Et sicut Deus voluit, ut dicit ipse loquens, gladium suum evaginavit et cum ipso gladio ictum dicti monachi sibi paratum recussit, taliter quod ipsum loquentem non lesit dictus monachus, ut dicit. Quod videns dictus Jaquemetus voluntatem dicti monachi, ipsum rogavit ut ipsum non offenderet quia voluntatem <sup>[45r]</sup> ipsum monachum offendendi non habebat, ut<sup>a</sup> dicebat. Et tunc dictus monachus ad Gredeletum se vertit cum suo gladio, ut dicit, et ipsum loquentem dimisit. Interrogatus si dictum monachum vidit lesum nec vulneratum in dicto loco, dicit quod sic recedendo inferius, quando fuit modicum inferius a domo domini Rodulphi Gaviti, se vertit et tunc vidit dictum monachum mostrantem manum suam domino Amblardo dicendo : ‘domine Amblarde, ego suum vastatus de manu, ecce’. Cetera in ipso articulo negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus quis contra dictum monachum erat, dicit quod nescit. Interrogatus si quis erat contra ipsum monachum cum gladio evaginato nisi ipse Jaquemetus, dicit quod nullus quod sciat.

Super III<sup>to</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit et negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire quia semper suum tenebat gladium evaginatam et baculum domini in aliam manum ut consuevit.

Super quinto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod ipse loquens ipsum monachum super collo suo non deportavit, sed ipsum ibidem dimisit et quam cito recedere potuit quo potuit recessit ipse loquens, ut dicit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis tam a me examinante et ab aliis qui pridem ipsum examinaverunt nec non et ab illis qui ipsum in carceribus custodierunt. Aliud nescit de contenta in ipsis articulis, ut dicit.

<sup>[45v]</sup> Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera a dictis examinantibus ipsum super dicto processu. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> ut] it *a.c.*

Super III<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus negat cum ipso domino Aymone habuisse contemptum nec aliquam litem nec aliquem ad domum ipsius domini Aymonis misisse ipsa nec alia die.

Super IIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus confitetur dicta die veneris mane rehemisse unam cotam ferri a dicto Johanne Fabri impignoratam pro novem solidis nomine domini sui Marqueti de Tueria, que cota erat Aymonis de Navis. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus si ipsam cotam deportavit, dicit quod non. Interrogatus quis ipsam cotam deportavit, dicit quod non recordatur. Interrogatus quis cum ipso erat quando rehemit dictam cotam, dicit quod nullus.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus confitetur ipsa die in taberna in articulo designata cum dicto Gredelleto de uno poto vini bibisse et ipsum solvisse, et bibendo illum potum vini supervenerunt castellanus Johannes Escuerii et Benedictus Bellabini qui etiam biberunt. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire. <sup>[46f]</sup> Interrogatus qui cum ipso erant, dicit quod nullus. Interrogatus quos in dicta taberna bibentes vidit, dicit quod illos quos nominavit et Johannem Tranallardi et dictum Tardi et plures alios quorum nominibus non recordatur. Interrogatus si erant cum ipsis in eodem scorto, dicit quod non. Interrogatus quis dictum vinum solvit, dicit quod ipse loquens solvit unum potum vel unum quarteronum et non plus. Interrogatus pro quibus solvit, dicit quod pro se et suo socio Gredeleto et non pro aliquo alio, ut dicit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero <ad<sup>a</sup>> alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super nono articulo indiciorum interrogatus, dicit et confitetur quod in exitu dicte taberne ipse loquens et Gredelletus iverunt per carreriam in qua moratur dominus Johannes de Bioleaz usque Sanctum Petrum, et iverunt usque ad claustrum Sancti Petri volentes ire in Burgo Foris pignorare quasdam personas, et inde reversi sunt usque econtra domum habitationis Johannis Durandi, ubi ludum alearum vel schacorum fiebat, quem inspexerunt modicum et inde per dictam carreriam inferius vocatam douz Perron descenderunt. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse loquens non evaginavit gladium suum contra dictum monachum, nisi pro ipso loquente tuendo et deffendendo ab ictibus gladii dicti monachi qui dicto loquenti, ut dicit, dari parabantur. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit et confitetur vidisse de dicto monacho illud quod supra dixit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>a</sup> ad] *suppl. om.*

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat fugam aliquam arripuisse et confitetur gladium suum evaginasse quando ipse loquens rebativit ictum gladii dicti monachi <sup>[46v]</sup> super ipsum cadentem, ut dicit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit, et excepto quod infra dictam Insulam revenit ubi mansionem fecerat tribus annis cum dimidio proxime et continue lapsis, ut dicit. Interrogatus cum quo vel cum quibus venit, dicit quod cum nullo, nisi solus, per dictam Ripperiam.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus confitetur fuisse per dictum castellanum Gebenn. infra dictam Insulam arestatus fuisse. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus qua de causa fuit arestatus, dicit quod nescit, nisi voluntarie.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit, respondet et confitetur quod novem diebus revolutis a tempore sue sibi facte arestacionis in Insula uxor sua, que cum ipso loquente morabatur, extraxit de dicta Insula suum lectum cum una archa et duobus <sup>\*\*\*\*a</sup> et quibusdam litteris ipsius loquentis. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus de quo jussu predicta extraxit, dicit quod ipsius mulieris, ut dicit.

Super XV articulo indiciorum interrogatus, dicit et confitetur contenta in ipso articulo dici audivisse a dictis commissariis et a me tunc ipsum examinantem.

Super XVI indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

<sup>[47r]</sup> Item, Petrus Catellini, alias Gredellet, tamquam principalis in facto suo et testis in alieno, qui juravit interrogatus et diligenter examinatus dicere veritatem super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem, imposita sibi pena XXV marcharum argenti de veritate confitenda, de qua pena unacum de periurio puniretur si contrarium sue responsionis reperiretur et veritatem confiteri neglexerit.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire. Interrogatus si dictum monachum noscebat, dicit quod sic. Interrogatus si dictus monachus erat amicus et consanguineus domini Aymonis Salanchi, dicit quod nescit. Interrogatus si dictus loquens erat malivulus dicti domini Aymonis et amore ipsius dicti monachi, dicit quod non, quin cum utroque bibisset si eis placuisset.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super tercio articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit et confitetur quod ipse qui loquitur credit quod dictus <sup>b</sup> <sup>[47v]</sup> monachus die et hora in articulo descriptis exivit de domo habitacionis domini Aymonis Salanchi quando ipse monachus venit currere super Jacobo Tromberti, qui Jaquetus primo sibi petierat si ibidem vinum album vendebatur, ipsum Jacobum de manu in pectore percutiendo et sibi dicendo : <sup>[48r]</sup> ‘O truandulle, petis ibi vinum album? Tu habebis rubeum!’. Qui

<sup>a</sup> *mot illisible* : pi...sis

<sup>b</sup> quod dictus] *bis scr.*

Jaquemetus suum evaginavit gladium cum quo ictum gladii dicti monachi, qui ipsum percutere volebat, cum gladio suo recuxit; quo recurso, dictus monachus ad ipsum loquentem supervenit et ipsum loquentem, ut dicit, in brachio uno vulneravit; quo loquente vulnerato, ipse loquens, evaginato prius suo ense, ipsum monachum percutere tradidit, sed non potuit, ut dicit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus si dictum monachum ibidem in dicto loco viderit lesum nec sanguinantem, dicit quod non, quia quam cito fuit vulneratus, tam<sup>a</sup> cito recessit a loco et ivit ad barbitonsorem se aptatum sua vulnera, ut dicit. Interrogatus quis cum ipso ivit, dicit quod nullus.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte inquisitionis interrogatus, dicit quod se ivit aptatum ut supra dixit.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus, negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte inquisitionis interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super primo et secundo articulis indiciorum interrogatus negat ipsos articulos quo ad se fore veros, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit et confitetur ipsa die veneris in articulis descripta gentatus fuisse in domo dicti Grumaux. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire. Interrogatus quis cum ipso gentatus fuit, dicit <sup>[48v]</sup> quod Jacquemetus Tromberti et dictus Gontanz.

Super IIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super quinto articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus confitetur ipsum articulum esse verum quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit et confitetur ipsa die veneris in vigillia beate Marie Magdalene nuper lapsa bibisse Gebenn. in taberna Bon Johannt cum Jacquemeto Tromberti ; cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus qui cum ipso Jacquemeto et ipso loquente tunc in dicta taberna bibit, dicit quod nullus cum ipsis duobus. Interrogatus quis ipsorum vinum quod biberunt solvit, dicit quod credit quod Jacquemetus Tromberti solvit.

<sup>a</sup> tam] ser., tan



Super nono articulo indiciorum interrogatus, dicit et respondet prout et quemadmodum dictus Jaquemetus Tromberti precedens examinatus super ipso articulo respondit, licet per aliqua verba alia ipsa tramportando.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum nisi quo ad ea que supra dixit, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod plures persone ipsum monachum tunc ibidem potuerunt videre ut erat, non tamen ad ipsorum requisitionem, ut dicit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus confitetur a dicto loco ubi fuit Iesus <sup>[49r]</sup> per dictum monachum, ut dicit, recessisse per dictam carreriam inferius se aportari ad domum barbitonsoris ense suo revaginato prius. Et ipso aptato de vulnere, iuit ad domum Stephani Gallinat ubi ipsum castellanus Gebenn. venit captum et ipsum duxit<sup>a</sup> in insulam ubi ipsum loquentem dimisit. Cetera in ipso articulo contenta negat quo ad se, quo vero ad alios dicit se tantum scire, videlicet quod dictus Jaquemetus se infra dictam Insulam retraxit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus habebat in dicta Insula suam mansionem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Deinde vero, anno quo supra, die nona mensis decembris, ad ipsius inquisitionis probacionem produxit dicta curia testes infrascriptos, <sup>[49v]</sup> qui iuraverunt ad sancta Dei Evvangelia dicere illam quam scire noverint super premissis scire veritatem, et sic deposuerunt ut infra.

Et primo Petrus dictus Machifert, de Merdone, habitator de Luyns, testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus in presencia Johannis Clarmont alterius procuratoris, aliis absentibus, per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super tercio articulo, prioribus articulis pretermissis, dicte iniquicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. die vigillie beate Marie Magdalene nuper lapsa pro quadam jornata in curia domini officialis Gebenn. tenendo et expectando quedam que nondum habere poterat. Stabat, ut dicit, ante operatorium Johannis Durandi situm ante

<sup>a</sup> duxit] *scr.*, dixit

portam claustrum Sancti Petri a parte boree vel occidentis inspicendo ludum alearum qui ibidem ludebatur, et dum ipsum respiciebat venerunt ibidem aliquae gentes et jam etiam ibidem quedam alie gentes que steterant in dicto loco per aliquam horam temporis. Que gentes que erant et que venerant simul locute fuerunt, nescit tamen quid, ut dicit. Et postquam simul locuti fuerunt, unus ex ipsis dixit: 'quid facimus hic?' Et hoc dicto, duo ex ipsis, inter quas erat Jaquemetus badellus grossus quem illum bene noscebat, ut dicit, alios vero non, descenderunt per dictam carreriam inferius. Et quando fuerunt ante domum in qua habitabat, ut dicit, audivit quid dominus Aymo Salanchie magis prope illam domum quam aliam ipsi duo homines exclamaverunt<sup>a</sup>: 'o hostel venditur ibi vinum'. Et tunc de dicta domo exivit quidam homo qui eis allocutus fuit. Quo allocuto, ipsi duo homines<sup>[50r]</sup> qui dicebantur badelli descendebant inferius per dictam carreriam. Et inde vidit quendam monachum qui exibat de dicta domo et tunc dicti duo badelli, qui jam dictam domum preterierunt inferius, reversi fuerunt superius ad dictum monachum quando ipsum viderunt et gladios suos uterque ipsorum trium evaginaverunt vel evaginaret et de ipsis gladiis inter se ad invicem chirpaverunt ictus de dictis gladiis unus contra alterum, videlicet dicti duo badelli ducebantur contra dictum monachum et ipse monachus contra ipsos inferebant. Et sic ipsis tribus, ut predixit, chirpantibus, quidam alii qui remanserunt ante dictum operatorium dicti Johannis Durandi, impetuose manibus suis ad gladios et enses appositis, currerunt inferius per dictam carreriam ad auxilium dictorum badellorum. Et antequam adesse potuissent, dictus monachus fuit lesum in manu quem sanguinare vidit. Et ipso monacho leso, dicti duo badelli et alii qui ad auxilium ipsorum venerant per dictam carreriam inferius recesserunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, excepto quod dici audivit quod habebat digitum amputatum et quod erat lesum in capite dictus monachus. Aliud nescit de contentis in ipso processu, ut dicit, quia extraneus est. Interrogatus quis primo suum gladium evaginavit, dicit quod nescit. Interrogatus si dicti duo badelli erant armati, dicit quo sic, suis cotis de malies quas vidit apparentes ab extra suas robas, ut dicit.

Item, dictus Trascens, sallerius, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super inquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

<sup>[50v]</sup> Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et tercio articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire nisi quod dici audivit quod dicti Jaquemetus, Gredelletus et monachus in articulo nominati simul preliati fuerunt die et loco in articulo descriptis. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil <scire<sup>b</sup>>.

Super VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> exclamaverunt] clamaverunt *a.c.*

<sup>b</sup> Scire] *suppl. om.*

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus monachus fuit mortuus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum bibentes in taberna Boni Johannis die in articulo descripta. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> et X<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur melius credit quod Jaquemetus et Gredelletus sunt detempti ratione huius debati et quod alia de causa.

Super XIII<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> et XVI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super aliis sequentibus articulis dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit, et de ipsis que supra deposuit dicit esse famam.

[51r] Item, Stephanus Bessonay de Annessiaco, burgensis Gebenn. dictus Gallinat, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super ipsa imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto et VI<sup>to</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>mo</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus monachus est mortuus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi quod dici audivit quod dictus Jaquemetus Tromberti dominum Aymonem Salanchi urtavit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super IIII<sup>o</sup>, quinto VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus biberunt ipsa die veneris in taberna Boni Johannis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire nisi quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

[51v] Item, Guichardus Barranz de Lausanna, habitator Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire, excepto quod erant armati lauricis suis.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur bibebat die veneris in vigillia beate Marie Magdalene in taberna Boni Johannis Gebenn., ad quam tabernam supervenerunt dicti Jaquemetus et Gredeletus et etiam biberunt. Et post dictus Jaquemetus dixit cuidam cutellerio : ‘Vadamus et nostrum iter faciamus’. Et tunc dicti Jaquemetus, Gredelletus, Tranalliardus et quidam alii extranei dictam tabernam exierunt et ipse loquens remansit in dicta taberna. Et paulo post, quando exivit dictam taberna, dici audivit quod ipsi invenerant quem querebant, ipsi vulneraverunt monachum de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt de dicto maleficio in villa de Gebenn. deffamati, et dicit quod de illis que supra dixit est publica vox et fama. Aliud nescit de contentis in ipso processu ut dicit.

[52r] Item, Reymondus de Mota, saltor, habitator Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere<sup>a</sup> veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat in domo domini Reymondi de Orseriis ipsa die veneris, ubi stetit quasi tota ipsa die transmutando vinum tornatum, et quando revenit ad domum sue habitacionis in carreria in articulo descripta dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredeletus dictum monachum vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus monachus fuit mortuus. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis ut dicit. Interrogatus a quibus dici audivit quod dictus monachus fuit mortuus, dicit quod a pluribus personis quorum minime dicit se recordari. Interrogatus de quo et pro quo dici audivit quod fuit mortuus, dicit quod nescit nec etiam dici audivit, ut dicit.

Super aliis articulis indiciorum interrogatus particulariter et divisim dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>a</sup> dicere] *scr.*, dice

[52v] Item, Petrus Vauruz, de Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit dici audivisse ipsa die veneris quod dictus monachus fuit vulneratus. Interrogatus in quibus vel a quo dici audivit, dicit quod non recordatur. Interrogatus de quo vel de quibus dici audivit quod ipsum vulneraverunt, dicit quod non recordatur.

Super IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto monacho in sua infirmitate langorescente quod dicti Jaquemetus et Gredelletus illud malum quod habebat fecerant, et inde ipsum monachum postmodum vidit mortuum ipse loquens, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit. Interrogatus de quo fuit mortuus, dicit quod nescit, quia ipsum monachum non vidit extra domum ex quo vidit ipsum lesum nisi quando sepultum portabatur.

Super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto, VI<sup>to</sup>, VII<sup>mo</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil <scire<sup>a</sup>>.

Super VIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet<sup>b</sup> quod ipse qui loquitur ipsa die veneris, antequam dici audivisset dictum monachum fuisse lesum, viderat in taberna Bon Johannt in articulo designata dictos Jaquemetum et Gredelletum bibentes cum castellano et clerico curie Gebenn. cum quibus [53r] ipsemet loquens, ut dicit, bibit in ipsa taberna, et postquam ipse loquens bibit, ipse ad domum sui magistri domini Petri de Lornay recessit et ipsos in dicta taberna dimisit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIIIII<sup>to</sup> et XV<sup>o</sup> articulis indiciorum pretermisiss precedentibus, dicit ipsum XVI articulum esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum.

Item, die XII<sup>a</sup> mensis decembris, anno quo supra, fuit inquisitum super premissis cum Nycodo de Avussier, domicello, pro teste, qui iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta inquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem. Et primo, super primo et secundo articulis dicte inquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super tercio articulo dicte inquisicionis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit de ante operatorium Johannis Durandi mercatoris ubi inspiciebat ludentes cum aleis plures gentes ante domum habitationis domini Aymonis Salanchie, inter quos vidit dictum monachum de Sernay lesum in capite et manu et digitum amputatum et totum sanguinolentem.

<sup>a</sup> scire] *suppl. om.*

<sup>b</sup> videlicet] *bis scr.*

Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus qui erant in dicto loco cum dicto <sup>[53v]</sup> monacho, dicit quod non recordatur. Interrogatus si erant Jaquemetus Tromberti et Gredelletus, dicit quod ipsos vidit modicum inferius a dicto loco, videlicet inter domum habitacionis dicti domini Aymonis Salanchie et domum Yolende recedentes per dictam viam inferius. Interrogatus si enses vel gladios portabant evaginos, dicit quod non quod vidit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod vidit ipsum monachum se retrahentem infra domum habitacionis dicti domini Aymonis lesum et vulneratum, ut supra dixit, et dictos Jaquemetos et Gredelletum, ut etiam supra dixit, recedentes inferius. Dicitque se dici audi- visse quod dictus monachus fuit inde ad domum liberorum Johannis Camerarii retractus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis dicte imquisicionis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis<sup>a</sup> articulis esse vera. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super primo et secundo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>cio</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super IIII<sup>to</sup> et quinto articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus Tromberti ipsa die veneris erat<sup>b</sup> una cota ferrea armatus antequam dictus monachus vidisset lesum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>[54r]</sup> Super VII<sup>mo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>vo</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur erat Gebenn. in taberna Boni Johannis ubi erant etiam dicti Jaquemetus et Gredelletus simul bibentibus. Qui Jaquemetus rogavit dictum loquentem ut sibi placeret ire ad domum habitacionis domini Aymonis Salanchie et eum dominum Aymonem interrogare in qua suspicione ipsum Jaquemetum tenebat. Qui loquens, ut dicit, ivit ad dictum dominum Aymonem et ipsum interrogavit in qua suspicione tenebat dictum Jaquemetum. Qui dominus Aymo respondit quod in nulla, sed ipsum bene diligebat. Qua responsione per ipsum loquentem a dicto domino Aymone prehabita, reversus fuit, ut dicit, ad dictum Jaquemetum adhuc in dicta taberna existentem, cui Jaquemetus ipse loquens responsa per dictum dominum Aymonem redixit. Et inde recessit dictus loquens a dicta taberna, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> articulis indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt detenti ratione dicte vulneracionis et morte prosecutionis in dictum monachum factarum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> ipsis] *scr.*, ipis

<sup>b</sup> erat] *om. a.c*

Super XV<sup>o</sup> articulo indiciorum, XIII<sup>o</sup> articulo pretermisso, interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera, et eciam de quodam cutellerius extraneo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod contenta in articulo dici audivit fore facta et perpetrata per dictos Jaquemetum et Gredelletum et quendam cutellerium que in articulo continentur<sup>a</sup>, et ita dicitur in villa Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit, nisi illud quod supra dixit.

[54v] Item, Johannes de Albergamentis, olim castellanus Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jandictum commissarium super dicta imquisicione et articulis in eadem contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod inter dictum Jaquemetum et dominum Aymonem Salanchie habebant simul quendam debatum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit ipsa die veneris, circa horam terciam, dictum dominum Petrum de Sernay in porta castri prope domum dicti Pillither venientem de Sancto Victore et euntem versus Sanctum Petrum sanum et non lesum, sed tenentem manus suas plicatas. Aliud nescit.

Super III<sup>cio</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit ab Aymone de Pitigny quod dictus monachus inculpabat dictos Jaquemetum et Gredelletum et alios cutellerios qui ipsum monachum vulneraverunt ut in articulo audivit dici contineri.

Super IIII<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi pro<sup>b</sup> auditu.

Super quinto articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod postquam ad ipsius loquentis noticiam pervenit quod dictus monachus fuerat vulneratus, ipse loquens ivit in Insulam, ubi invenit ipsum Jaquemetum, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum monachum infra domum dicti domini Aymonis ipsa die veneris vulneratum, cuius digitus erat amputatus, quem digitum tenebat ancilla domini Petri de Sancto Jorio, et inde dici audivit quod dictus monachus fuerat transvectus ad domum liberorum Johannis Camerarii. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

[55r] Super VII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo dicte imquisicionis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus monachus fuit sepultus in cimisterio sui conventus in Sancto Victore. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super primo articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super II<sup>do</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse loquens dici<sup>c</sup> audivit a dicto Rosset quod dictus Jaquemetus ipsum Rossetum misit<sup>a</sup> ipsa die

<sup>a</sup> continentur] *scr.*, continetur

<sup>b</sup> pro] *scr.*, po

<sup>c</sup> dici] *scr.*, dicit

veneris ad domum habitacionis domini Aymonis Salanchie ad sciendum in qua suspensione dictus dominus Aymo dictum Jaquemetum tenebat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto Johanne Fabri in articulo nominato contenta in ipso articulo esse vera.

Super quinto articulo indiciorum<sup>b</sup> interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipsa die veneris ipse loquens cum Johanne Escuerii et Benedicto Bellibini intrabant dictam tabernam et dictum Jaquemetus et Gredelletus exhibant ab eadem. Qui Jaquemetus et Gredelletus retrocesserunt<sup>c</sup> cum ipsis loquente et Johanne Escuerii et simul biberunt. Et postquam biberunt, dicti Jaquemetus et Gredelletus primo recesserunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogatus si aliqua verba de offendendo simul habuerunt, dicit quod non.

Super IX<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit die veneris dictos Jaquemetum, Gredelletum, Tranalliardum Tarditum cum nonnullis aliis quorum nomina ignorat et sunt sibi ignoti<sup>[55v]</sup> a dicta taberna exeuntes, ipso loquente cum Johanne Escuerii et Benedictus infra dictam tabernam remanentibus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dict Jaquemetus et Gredelletus cum ipso monacho preliati fuerunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus se retraxit infra Insulam ubi ipsum invenit, ut supra dixit. Dictus vero Gredelletus in domo habitacionis dicti Gallinat in qua ipsum invenit in uno lecto nudum<sup>d</sup>, quem ipse loquens duxit<sup>e</sup> in Insulam, eo quod dicebatur quod cum dicto monacho preliatus fuisset.

Super XIII<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XIII<sup>to</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus infra dictam Insulam ipsa die veneris et ante per duos vel tres annos faciebat moram suam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XV articulo dictorum indiciorum interrogatus, dicit se dici audivisse ab Aymone de Pitigny contenta in ipso articulo esse vera. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo indiciorum interrogatus, dicit se nichil scire.

---

<sup>a</sup> misit] *scr.*, missit

<sup>b</sup> indiciorum] dicte imquisicionis *a.c.*

<sup>c</sup> retrocesserunt] recesserunt *a.c.*

<sup>d</sup> nudum] *con.*, nundum (?)

<sup>e</sup> duxit] *scr.*, dixit



Super XVII<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod communiter dicitur ea que ipse loquens supra deposuit, et quod ea que deposuit sunt vera et manifesta. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

[56r] Anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>mo</sup> III<sup>cio</sup>, indictione XI, die X mensis januarii, per hoc presens publicum instrumentum cunctis liquide fiat manifestum quod cum nobilis Aymo de Sernay domicellus, accessit ad egregium militem dominum Johannem de Verneto vicedogn Gebenn. et discretum virum Girardum Perrussodi commissarium et Aymonem de Arer adiunctum eidem et procuratorem fiscale nec non procuratorem civitatis Gebenn. super causa mortis fratris Petri de Sernay monachi Sancti Victoris et fratris dicti Aymoni quondam et ceteros officarios et curiales dicte curie vicedogni. Et ante omni protestatus fuit quatenus denunciare, accusare neque delacionem et inquisicione facere non intendit super maleficio necis dicti fratris sui contra Jacobum Trombert et Petrum Gredelleti captos pro dicto homicidio, sed solum, ut unus de populo pro honore et bono Domini, justicie et civitatis presentis, simpliciter causa solicitandi justiciam et bonum populi loquitur et intervenit, maxime cum causa homicidii tolleret quemcumque notum vel ignotum, extraneum vel propinquum, et requisivit dictum dominum vicedognum, commissarium et procuratorem et quoscumque officarios et procuratores ipsius civitatis quod<sup>a</sup> processus et processus intitulos contra dictos captos, antequam publicentur, inter ipsos reexaminentur<sup>b</sup> ad eo quod sint et sit bene compositi, non contrarii, et quod si aliqua deficiant apponantur. Et si sint bene composita et stent sicut sunt et brevis justicia ministretur et perficiatur, et maxime quidam articulus qui si non sit interseratur et probetur, videlicet: item quod dicti delati et homicide dictum homicidium, violenciam et contumeliam fecerunt et perpetraverunt ex potencia officii in quo erant, scilicet clientes curie dicti vicedogni. Item, quod si sint contrarietates tollantur, aradantur. Item, quod ipso processu visitato, correcto et artato et publicato, nulla copia causa deffensionis sive causa cognitionis<sup>c</sup> dictis captis tradatur, quoniam dictus Aymo quo supra nomine dicit quod juste cause et rationes sunt quarum copia dicti processus et deffensiones ipsis captis debet denegari, de quibus protestatur suo loco et tempore si contrarium sue requisicionis<sup>d</sup> fieret. [56v] Et si processus eidem mature exhiberi prefati officarii pro bono et honore quibus supra, se offert idem Aymo tradere et dare allegaciones juris quibus eisdem predicta sunt neganda et auferenda<sup>e</sup>. Requirens idem Aymo ulterius ut cum ad aliquem actum in dicta causa voluerunt procedere in quoquo supra nomine possit interesse, quod sibi notifficent aut procuratori suo, videlicet domino Aymoni Salanchie, bacalario in lege, qui eius procurator est. Et quod<sup>f</sup> scutum quod faceret ad deffensionem dictorum captorum velint tollere et aradere a processu, cum inquisiciones fiunt ad opus rei publice et deffensiones fiunt ad favorem inquisitorum, que sunt contraria et incompatibilia ad invicem. Dicens et proponens idem Aymo quod dominus Rodulphus Gavit, jurisperitus, et Johannes de Dognes sunt partiales in hoc facto, suspecti, habentes affinitatem cum ipsis incarceratis, et ideo requirit quod ipsis denegetur omnis actus in ista causa. De quibus omnibus et singulis protestatur ut unus de populo pro bono justicie rei

<sup>a</sup> quod] *scr.*, quet

<sup>b</sup> reexaminentur] *con.*, reminantur

<sup>c</sup> cognitionis] *scr.*, cognicione

<sup>d</sup> requisicionis] renfierent (?) *a.c.*

<sup>e</sup> auferenda] *scr.*, auferanda

<sup>f</sup> quod] quod (!) *a.c.*

publice, honore Domini et civitatis, cum equum sit malefactores puniri et pena unius sit metus multorum, nec non a me notarium fieri publicum instrumentum. Datum per copiam. P. Balli.

Anno quo supra, die XII mensis januarii, in presencia nobilis Reymondi de Sovernier, castellani Gebenn., et Johannis Clarmont, procuratoris civitatis Gebenn., fuit examinatus dictus Jaquemetus Tromberti super articulo signato manu simili in astergo huius<sup>a</sup> cedulae. Qui Jaquemetus interrogatus super ipso articulo confessus fuisse badellus civitatis Gebenn. die vigillie beate Marie Magdalene ; negat aliquem offendisse aliqua potencia nec pretextu alicuius officii nec vellet offendere, ut dicit.

[57r] Item, Petrus Gredelleti examinatus dicit et negat aliquem offendisse ratione dicti sui officii badelacionis nec vellet offendere<sup>b</sup>. Idem Girardus Perrussodi.

<sup>a</sup> huis] huiusmodi *p.c.*

<sup>b</sup> offendere] *sc.*, offendisse

Item, ad fortificationis predictae inquisitionis pro jure domini producuntur articuli infra scripti de novo traditi die ultima mensis januarii anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>mo</sup> III per Aymonem de Arere, procuratorem domini nostri Sabaudie comitis et Gebenn., contra detentos in Insula occasione mortis domini Petri de Sernay Girardo Perrussodi commissario dicti domini in parte deputato.

Et primo, quod dum dicti familiares delati a loco in quo dictum homicidium perpetraverunt et die perpetrati homicidii, imcontinenti <se<sup>a</sup>> separaverunt et recesserunt ab ipso loco versus Ripperiam cum suis complicibus armati. Et per ipsam Ripperiam murmurando et se iactando voce intelligibile dicebant inter <se<sup>b</sup>> : ‘vere nos invenimus falsum monachum dominum Petrum de Sernay’. Dicendo etiam : ‘nos dedimus eidem monacho unam’. Et ita est verum, notorium et manifestum et publica vox et fama <est<sup>c</sup>> in civitate Gebenn. inter notos et vicinos.

Item, quod dicti delati et homicide dictam vulnerationem et verberationem factas in personam dicti domini Petri de Sernay ex quibus fuit homicidium subsecutum, fecerunt et perpetraverunt eorum <sup>[57v]</sup> superbia et malitia, pretextu et potestate et officii curie, in quo officio longo tempore ante dictas offensas et contumelias fuerunt palam et publice. Et ipsi de predictae offense perpetratae erant, et ita est vox et fama notorium et manifestum.

Item, quod dicti Jacobus et Petrus delati cum suis complicibus de dicto homicidio et predictis sunt et fuerunt palam et publice in civitate Gebenn. ipsum homicidium perpetrasse.

<sup>a</sup> se] *suppl. om.*

<sup>b</sup> se] *suppl. om.*

<sup>c</sup> est] *suppl. om.*

Anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>mo</sup> III, die prima mensis februarii, fuerunt producti testes infra scriptis pro parte discreti viri Aymonis de Arere procuratoris et commissarii asserti domini nostri Amedei Sabaudie comitis, et examinati per me Girardum Perrussodi<sup>a</sup> de Gex, notarium et clericum dicti domini vicedogni Gebenn., super articulis per ipsum assertum procuratorem domini de novo traditis. Qui testes ad sancta Dei Evvangelia iuraverunt in manibus meis dicti clerici dicere illam quam super ipsis articulis scire noverint veritatem.

Et primo Roletus Fontanelli, habitator de Gebenn., testis productus<sup>b</sup>, iuratus, interrogatus et diligenter examinatus per me antedictum<sup>c</sup> clericum super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super secundo articulo dictorum articulorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super tercio articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur <sup>[58r]</sup> dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus cum aliquibus, sive cum pluribus, dictum homicidium, de quo mencio in ipso articulo habetur, perpetraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo. Interrogatus a quibus dici audivit, dicit a pluribus personis quorum non recordatur, ut dicit. Interrogatus qui erant eorum complices, dicit quod nescit.

Item, Guillelmus de Rotullo, burgensis Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me antedictum clericum super dictis articulis meram dicere veritatem. Et primo, super primo articulo et secundo interrogatus, dicit se nichil scire quia non erat in civitate Gebenn. die qua dici audivit quod dictus monachus fuerat vulneratus, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jacobus et Gredelletus dictum maleficium, de quo mencio habetur in ipsis articulis, perpetraverunt. Aliud nescit, ut dicit, de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Item, Hugoneta, uxor Vicencii Crochonz, testis producta<sup>d</sup>, iurata, interrogata et diligenter examinata per me antedictum clericum super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo et eciam secundo interrogata particulariter et divisim, super quibus dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se dici audivisse dici contenta in ipso articulo <esse vera<sup>e</sup>>. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit. Interrogata a quibus dici audivit contenta in ipso articulo, dicit quod a pluribus personis quorum non recordatur, ut dicit.

<sup>a</sup> Perrussodi] *scr.*, Perrodi

<sup>b</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>c</sup> antedictum] *scr.*, andictum

<sup>d</sup> producta] *scr.*, produta

<sup>e</sup> esse vera] *suppl. om.*

Item, Stephanus de Veygier, civis Gebenn., testis productus<sup>a</sup>, juratus, interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere [58v] veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur audivit dici a dicto Gredelleto pretereunte per Ripperiam Gebenn. die vigillie beate Marie Magdalene, tendente versus pontem Rodani, loquente cuidam qui cum ipso Gredelleto ibat : ‘me coregebam bene monachum’. Et inde dici audivit a Francisco de Cruce, codurerio, quod ipse Franciscus a dicto Gredelleto, quod ipse Gredelletus dicebat quod ipsi invenerant dictum monachum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo interrogatus, dicit quod tempore quo dici audivit quod dictus monachus fuit lesus, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant badelli in civitate Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dici audivit a pluribus personis quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quibus quidem articulis suprascriptis fuit inquisitum cum dicto Petro Gredellet pro principali in facto suo et teste in alieno, qui juravit interrogatus in presentia Anthonii Lombardi et Johannis Clarmondi, procuratorum dicte civitatis, et diligenter examinatus meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis dictorum trium articulorum interrogatus, negat ipsos articulo quo ad se fore veros, excepto quod erat tempore designato in ipsis articulis badellus civitatis Gebenn., et dictus etiam Jaquemetus ; quo vero ad alios dicit se nichil scire.

Super tercio articulo interrogatus negat ipsum articulum esse verum quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire nisi illud quod supra dixit.

[59r] Item, Jaquemetus Tromberti, cum quo fuit inquisitum pro principali in facto suo et teste in alieno, qui juravit interrogatus in presentia dictorum procuratorum meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo dictorum articulorum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super secundo articulo interrogatus negat ipsum articulum quo ad se fore verum, quo vero ad alios dicit se nichil scire nisi quod esse poterant badelli circa festum in processu designatum.

Super II<sup>o</sup> articulo interrogatus negat ipsum articulum esse verum quo ad se, quo vero ad alios dicit se nichil scire, nisi illud quod<sup>b</sup> supra dixit.

<sup>a</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>b</sup> quod] *scr.*, quo

Anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>mo</sup> tercio, die<sup>a</sup> V<sup>ta</sup> mensis februarii, Gebenn. in Insulla presentibus viris discretis Guillelmo Lombardi, Francisco de Stabulo, Johanne Clarmon, domino Reymundo de Orseriis, Anthonio Fontanelli, Stephano de Veygier tam procuratoribus quam consiliariis, et pluribus aliis civibus et burgensibus dicte civitatis, ex ordinacione per procuratores dicte civitatis facta fuit presens inquisicio dictis Jaquemeto et Petro, inquisitis in ipsa, descriptis et eis publicata, et sibi prefixus terminus XXX<sup>ta</sup> dierum die tradicionis copie presentis incipiendorum pro suis deffensionibus faciendis, si quas facere voluerint, nec non citati Gebenn. in loco juridico ubi jus redditur et reddi solet ad diem instantem vicesimam quartam mensis marcii ad audiendum ordinacionem procuratorum, consilliariorum et civium civitatis Gebenn. quam tunc dixerint proferendam, protestatione prius facta pro parte domini de ipsa inquisicione corrigenda, <sup>[59v]</sup> articulanda et probanda et super ipsa interrogandi si et quocienscumque fuit necessarium, quam copiam habere petierunt sibi dari et voluerunt.

<sup>a</sup> die] *om. a.c.*



[61r] Coram vobis discretis et honorabilibus viris procuratoribus et sindicis civitatis Gebennarum comparet venerabilis vir dominus Guillelmus Orseti, jurisperitus, procurator fiscalis domini nostri episcopi Gebenn., jure fiscali contra Jacobum Tromberti et Petrum Cathelan alias Gredellet, homicidas fratris Petri de Sernay monachi Sancti Victoris quondam, dicens et proponens quatenus copias jure fiscali sibi concessas processus super morte dicti domini Petri vulnerum, iniuriarum eidem domino Petro illatarum ab ipsis homicidis intitulati contra ipsos criminosos ex mero officio curie dumtaxat domini vicedogni Gebennarum et quarundam pretensarum deffensionum ipsorum, non potuit habere, maxime cum noviter insequi hanc causam inchoaverit donec die lune post octabas Bordarum, et ideo idem procurator non potuit super ipsis copiis deliberare. Ea propter, deliberando super ipsis copiis, dicit idem procurator quod actenta ipsorum homicidarum confessione, probationibus, presumptionibus, indiciis necis vulnerum, iniuriarum et delicti contentorum in dicto processu et considerato tenore ipsarum assertarum deffensionum, ipse sunt frivole, vane, que, salva<sup>a</sup> reverencia dictantis, carent tam juris quam facti veritate, ficticie et solum fabricate a differendum complementum justicie, inadmisibiles, impertinentes, contrarie, obscure, non relevantes, vage, quodque sunt tales quod per vos non debent neque debuerunt admitti, et ipsas et contenta in ipsis, in quantum in favorem et pro ipsis Jaquemeto et Petro homicidis faciunt aut facere possunt, non recipit neque admittit idem procurator, sed in ea parte solum ipsas negat fore veras et vera; et in ea parte in qua faciunt aut facere possunt contra ipsos homicidas et probant dicta vulnera, iniurias et necem predictam et contentorum in ipso processu contra ipsos criminosos, ipsas admittit et recepit saltem in vim tacite confessionis et non aliter neque alias [61v] neque ultra. Et de premissis inadmisibilitate et impertinentia protestatur dicens quod non obstantibus dictis pretensis talibus qualibus deffensionibus, dicti rei premissorum contentorum in processu prelibato sunt ponendi et debent poni ad torturam, actentis confessionibus ipsorum, probationibus, presumptionibus et indiciis verberum, vulnerum, iniuriarum et mortis illatarum ipsi domino Petro per ipsos homicidas. Quod ita fieri petit idem procurator per vos prefatos procuratores civitatis Gebennarum, nec non pronunciari per vos ipsos fore ponendum ad torturam ad clarius eruendam veritatem premissorum, et de nullitate ipsarum pretensarum deffensionum protestatur et de opponendo, obiciendo, excipiendo, argumentando<sup>b</sup>, et cet.

Et ad elyendum et tollendum vires et effectum ipsarum assertarum deffensionum et impediendo publicationem testium super ipsis productorum et producendorum pro parte ipsorum homicidarum, nec non ad fortificandum processum intitulatum contra ipsos homicidas, prefatus dominus Guillelmus Orseti, procuratorio nomine quo supra, dat, facit et tradit excepciones seu articulos infrascriptos, ad quos probandum se petit admitti citra onus superflue probacionis et iniuriam et diffamationem cuiuscumque alterius<sup>c</sup>, de quo solliciter protestatur.

<sup>a</sup> salva] *scr.*, sala

<sup>b</sup> argumentando] *con.*, ar

<sup>c</sup> alterius] *om. a.c.*

- I In primis, quod ipsi Jacobus et Petrus homicide totis temporibus vite sue fuerunt homines viles, male vite, condicionis et fame, inhoneste conversacionis, luxuriosi, sectatores meretricum lupanaris et pravorum operum, ebriosi, frequentatores tabernarum, gulosi, ludores locorum inhonestorum, superbi, rigurosi, iniuriosi, verbis et factis <sup>[62r]</sup> rixosi, brigosi, jurgiorum et rixarum promotores, dolos, fraudes facientes, accusatores curie prefati domini vicedogni crimina et dilicta quam plurima commiserunt, maxime in dicto officio, jaugulatores, mendaces et malorum inventores et perquisitores, et tales habentur, reputantur habiti et reputati sunt et fuerunt temporibus retroactis. Et de hoc est publica vox et fama.
- II Item, quod de premissis sunt notorie, publice et manifeste diffamati in civitate Gebennarum et alibi et in locis circumvicinis, estque communis oppinio, vox et fama publica et manifesta inter notos et vicinos.
- III Item, quod ratione officii curie vicedognatus in quo fuerunt, quamdiu in ipso fuerunt, fuerunt ingrati, feroces, crudeles, superbi, rapinosi, improbe exercentes dictum officium in quo steterunt, quodque visi sunt quemcumque opprimere, ledere et malum perquirere ex potencia ipsius officii; et extorsionibus et rapinis quas facere procuraverunt in ipso officio vixerunt in ipso officio, vilitates et ribarderias in eodem committendo. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos et ita tenetur, habetur et reputatur notorie et publice in civitate Gebennarum.
- III Item, quod dictus Jacobus Tromberti habet et habuit, quamdiu in dicto officio fuit, uxorem, sed nichillominus adulterium, fornicacionem et struprum commisit et consuevit commictere in dicto officio luxuriose vivendo, et ita habetur et tenetur publice, notorie et manifeste inter notos et vicinos. Estque de ipsis publice diffamatus in civitate Gebennarum et de ipsis et eorum singulis est publica vox et fama.
- V Item, quod dictus Petrus Gredelet, alias Cathelan, quamdiu stetit in officio bidellarie curie vicedognatus, luxuriose, inhoneste vixit et mulieres postibulares et meretrices tenendo et sequendo adulterium, fornicacionem et struprum quam plurima commitendo, fur et latro, leno seu refiannus, et hoc est verum, <sup>[62v]</sup> notorium, publicum et manifestum, et ita tenetur, habetur et reputatur, estque de ipsis et ipsorum singulis publice diffamatus inter notos et vicinos, et in civitate Gebennarum est<sup>a</sup> publica vox et fama.
- VI Item, quod prefatus Petrus Gredelet, temporibus retroactis, in Burgo in Bresia unde est natus, de alio homicidio fuit et est homicida, quia occidit alium hominem qui ibidem bene cognoscebat, de quo fuit captus; set fregit carceres Burgi et fugit ad hanc civitatem, in qua continue postea moratus fuit quoniam audax morari in loco Burgi non esset. Et de hoc est publica vox et fama.
- [hic deficit articulus]

<sup>a</sup> est] *scr.*, estque

[non est in aliis primo datis]

- VII Item, quod de premissis homicidio et quod non est audax morari in suo loco Burgi est publice diffamatus in loco Burgi, in civitate Gebennarum et alibi, estque publica vox et fama.
- VIII Item, quod dicti Jacobus<sup>a</sup> et Petrus pro dictis vulneribus et iniuriis illatis per ipsos ipsi monacho et morte ipsius fuerunt ducti ad carceres Gay et detenti in castro Gay post predicta delicta et contenta in processu, et postquam per plures septimanas et menses fuerant capti et detenti pro premissis in Insula Gebennarum et actentaverunt fugere a dictis carceribus Gay et ipsas frangere, quod ita fecissent nisi fuissent bene custoditi. Et de hoc est publica vox et fama.
- IX Item, quod dictus Jacobus Tromberti homicida propter delicta et rixas quas commisit et commiserat apud Magnier et in terra de Fucigniaco, in quibus locis habebat suam mansionem et sua bona, reliquerat dicta loca timore ipsorum delictorum et tenebatur in officio bidellarie vicedognatus Gebenn. ut securior esset de persona sua. Et de hoc est publica vox et fama.
- X <sup>[63r]</sup> Item, quod fuit annus elapsus post festum Omnium Sanctorum proxime preteritum vel circa quod dominus Aymo Salanchi, graduatus in legibus, et Petrus Salanchi eius frater, clerici et existentes in habitu et tonsura clericorum, de nocte, circa horam cene, pacifice et quiete cenabant amore fraterno ad invicem in domo habitationis ipsius Petri Salanchi clerici sita Gebenn. versus portam Palatii superiorem, iuxta domum Johannis de Petra ex parte inferiori et iuxta domum heredum Ansermeti Gay ex parte superiori, clausis hostiis ipsius domus, venerunt furiose, maliciose et ex malo proposito, ut per evidenciam eorum facti et mala eorum verba apparuit, dicti Jacobus et Petrus Gredelet homicide et agressi fuerunt dictam domum cum armis et lapidibus proiciendo ad hostia ipsius domus et per fenestras jactando infra dictam domum, et vi et violencia ipsorum hostia domus fregi actentaverunt, in tantum quod prefatus Petrus Salanchi clamavit 'ad aquam' alta voce et intelligibili ut vicini et gentes venirent ad succursum, ne dicti homicide ipsos fratres occiderent. Et tandem predicti fratres latenter a dicta domo fugerunt ne per ipsos homicidas occiderentur. Et ipsi Jacobus et Petrus Gredelet intraverunt ipsam domum et loca secreta et lectos ipsius domus cum venabulis investigabant. Et de hoc est publica vox et fama.

[hic deficit]

[non est in aliis primo datis]

- XI Item, quod ex post dicti Jacobus et Petrus fuerunt et sunt inimici dictorum domini Aymonis, Petri et Johannis Salanchi clericorum et fratrum et eorum amicorum et consanguineorum, et eisdem innimicati sunt et innimicaverunt mortaliter ut ex verbis, factis et operibus ipsorum Jaquemeti et Petri Gredelet sepe in diversis locis apparuit, et hoc est verum, notorium, publicum et manifestum, et de ipsis et eorum singulis est publica vox et fama.

<sup>a</sup> Jacobus] *bis scr.*

- XII Item, quod prefatus dominus Petrus de Sernay erat de amicis specialissimis ipsorum Johannis, Petri et domini Aymonis Salanchi, et ipsis fratribus erat consanguineus in tercio gradu. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos.
- XIII Item, quod die jovis ante vigiliam beate Marie Magdalene nuper preterite, prefatus dominus Aymo Salanchi et Johannes Salanchi eius frater ibant per Ripperiam Gebennarum honeste et pacifice pro suis negociis peragendis et invenerunt <sup>[63v]</sup> Johannem de Albergamentis, locumtenentem pro tunc domini vicedogni, et prefatos Jacobum et Petrum homicidas cum ipso, quasi ante domum quasi habitacionis Vincencii Crochuz, qui dominus Aymo dixit amicabilem dicto locumtenenti et ipsum rogando ut diceret dicto Petro Gredelet quod non inquietaret Elynodam de Burgo Novo super amocione terre de ante domum qua habitat ipsa, quoniam ipse faceret diligenciam de amovendo et faceret cito quod operarios reperiret. Et incontinenti, in presencia dicti locumtenentis, ipsi Jacobus et Petrus Gredelet, animo irascibili, maliciose, odiose et vituperose, multas iniurias verbales et minas dixerunt, ipsi domino Aymoni tacenti, dicendo eidem : ‘va t’ent, quez tu es uns jauglares’. Et de hoc est publica vox et fama.
- XIII Item, quod dicti dominus Aymo Salanchi et Johanne eius frater incontinenti iverunt versus pontem Rodani, et dum reverterentur ad domum ipsius domini Aymonis Salanchi, quasi ante operatorium Francisci de Stabulo mercatoris, pacifice et quiete ambulantes, dicti Jacobus et Petrus Gredelet persequentes ipsos fratres cum armis ex malo proposito, odiose et iniuriose et maliciose causa offendendi ipsos fratres continuando, odium, iram et malam voluntatem eorum dederunt animo deliberato de spatula ipsi domino Aymoni, maxime dictus Jacobus, et ipsis fratribus minabantur et minati fuerunt et amicis ipsorum, dicendo ipsis fratribus : ‘nos habemus et inveniemus plures amicos contra vos quam vos cliergipotes inveniat’. Quodque dictus Jacobus vocabat dictum dominum Aymonem Salanchi dicendo : ‘venias huc ad me, tu fugis et frater tuus’. Et dum ipsi fratres fugerent, dicti homicide ipsos persequabantur et multas reales et verbales iniurias dixerunt et fecerunt ipsis fratribus publice et notorie ibidem. Et de hoc est publica vox et fama.

[non est in primo datis]

- XV Item, quod monachi prioratus Sancti Victoris sunt, et temporibus retroactis spacio X, XX, XXX, XL, L, LX annorum, et tanti temporis spacio quod memoria hominis non est in contrarium fuerunt et sunt, veri religiosi, catholici, Deo bene servientes et eorum <sup>[64r]</sup> religionem bene tenentes, probi, legales, honesti, pacifici, quieti, mansueti, modesti et bene morigenati, honestatem et iusticiam diligentes et dominum vicedognum Gebennarum et eius curiam et ipsius familiares in reverenciam habentes et tenentes. Et de hoc est publica vox et fama.
- XVI Item, quod advocati et clerici Sancti Petri et curie officialis Gebenn. sunt, et temporibus retroactis spacio X, XX, XXX, XL, L, LX annorum, et tanti temporis spacio quod memoria hominis non est in contrarium fuerunt et sunt, veri catholici, Deo servientes bene, probi, legales, honesti, pacifici et quieti, mansueti,

modesti et bene morigenati, honestatem et iusticiam diligentes et dominum vicedognum Gebennarum et eius curiam et familiares in reverenciam habentes et tenentes. Et de hoc est publica vox et fama.

- XVII Item, quod si reperiatur Anthonium de Versoya fore civem Gebennarum, quod est et fuit semper mercator ibidem et est coniugatus et nunquam fuit de numero monachorum Sancti Victoris clericorum nec advocatorum Sancti Petri neque curie officialis Gebenn., neque aliquod officium in predictis locis umquam habuit, sed ut laycus mercator se gessit<sup>a</sup> temporibus retroactis et gerit, et pro tali habetur, tenetur et reputatur et nominatus fuit temporibus retroactis. Et de hoc est publica vox et fama.
- XVIII Item, quod monachi Sancti Victoris consueverunt totis temporibus vite sue se abstinere ab excessibus et iniuriis eciam gravibus inferendis et committendis quibuscumque, et maxime familiaribus, officiariis et servitoribus curie domini vicedogni et a persecutionibus et insidiacionibus familiarium ipsius curie, pacifice et quiete sino armis et arnesiis eundo. Et de hoc est publica vox et fama.
- XIX <sup>[64v]</sup> Item, quod si reperiatur dominum Aymonem Salanchi aliquid procurasse, instigasse et fecisse circa inquisicionem contra ipsos homicidas intitulatam, quod dicti homicide fuerunt capti die qua commiserunt delicta, videlicet die XI<sup>a</sup> mensis julii et die XI mensis augusti sequentis ex causis contentis in articulo infra scripto qui incipit 'Item, quod dicti Johannes de Albergamentis locumtens et Johannes Eschoerii, et cet.' ut reformaretur dumtaxat dicta inquisicio intitulata indiscrete causa beneficium absolucionis consequende, idem dominus Aymo requisivit quod rite, recte et bene reformaretur dicta inquisicio quam jam curiales ipsius curie intitulaverant et publicare volebant ipsis homicidis, et dum volebant publicare ipse dominus Aymo incepit de ipsa inquisitione loqui et requirere ut supra. Et de hoc est publica vox et fama.
- XX Item, quod si reperiatur ipsum dominum Aymonem Salanchi habitasse in civitate Gebennarum, quod solum habitavit in eadem a tribus annis citra, et dum ibidem stetit mansit honeste, quiete et abstinendo ab illicitis, et nullum officium pro dicto tempore habuit in Sanctis Victore et Petro Gebenn. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXI Item, quod si reperiatur Johannem Salanchi fuisse in domo habitationis domini Aymonis Salanchi fratris sui, quod ipse erat pro suis negociis, quibus finitis et factis per eum, reversus fuit ad domum suam. Quodque ipse est et fuit coniugatus a duodecim annis citra in mandamento Clarimontis in villa de Pesseys et habebat, <sup>[65r]</sup> habuit et habet cum Margareta uxor sua, filia Guillelmi de Pesseys domicelli quondam, suam moram, familiam et domicillium et habuit a tempore quo fuit ibidem coniugatus. Et de hoc est publica vox et fama.

<sup>a</sup> gessit] *scr.*, jessit

- XXII Item, quod prenominati dominus Aymo et Johannes Salanchi sunt homines boni, iusti, pacifici et quieti et mansueti, pacem et amorem diligentes, qui consueverunt se abstinere a rixis, impresia et congregacione armorum, verberacionibus, occisionibus et prosecucionibus et odiis, et maxime dictorum Jaquemeti et Petri. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXIII Item, quod si reperiatur ipsos homicidas die XXI mensis juliï nuper preteriti fuisse et stetisse ante domum domine Yolende de Monteforti prope domum habitacionis domini Aymonis Salanchi, quod ipsi Jacobus et Petrus Gredelet reveniendo a taberna dicti Bon Johani de Pilliparia ex proposito et impresia ibant et stabant et venerunt ante dictam domum habitacionis domini Aymonis Salanchi causa derisionis et ad iniuriandum, offendendum et occidendum ipsum dominum Aymonem Salanchi et quoscumque reperirent cum ipso, et specialiter ipsum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris, ut patuit ex actibus et factis ipsorum, et hac de causa de<sup>a</sup> superiori parte dictarum domorum domine Yolende et domini Aymonis Salanchi quamplurimos homines cum armis in insidia posuerant. Et de hoc est publica vox et fama.
- [non est in primo datis]
- XXIII Item, quod in dicta quarrerria douz Perron seu in domibus ipsorum domine Yolande et domini Aymonis Salanchi dicta die XXI mensis juliï anni preteriti proxime nullum vinum vendebatur neque per magnum tempus ante fuerat venditum. Et de hoc est publica vox et fama.
- [non est in primo datis]
- XXV Item, quod prefatum dominum Petrum de Sernay religiosum pro tunc existentem, quiete et pacifice de dicta domo habitacionis <sup>[65v]</sup> domini Aymonis, dicta die XXI juliï, ipsi homicide invaserunt et agressi fuerunt cum armis et armati arnesiis. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXVI Item, quod si reperiatur ipsum dominum Petrum monachum de Sernay et aliquos alios fuisse et esse pro tunc dicta die XXI juliï in domo habitacionis dicti domini Aymonis Salanchi, quod ipsi erant pro suis negociis, quodque idem dominus Aymo Salanchi est advocatus in utraque curia temporali et spiritali civitatis Gebennarum, ad quem veniunt et consueverunt venire in domo habitacionis sue homines indifferenter populi et patrie pro suis negociis consulendis cum eodem. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXVII Item, quod in predicta rixa facta inter dictos homicidas et ipsum dominum Petrum de Sernay, dicti Jacobus et Petrus fuerunt promotores, requisitores dicte rixe, invasores ipsius monachi, et hac de causa venerunt ante dictam domum habitacionis ubi sciebant ipsum monachum pro tunc esse, et homines cum armis perquisierant et cum ipsis adduxerant absconse ponendo circoncirca domum domini Aymonis, et tota die per civitatem dicendo ad commictendum ipsum

<sup>a</sup> de] *om. a.c.*

delictum si ipsum dominum Aymonem Salanchi et ipsum monachum alio loco reperire potuissent. Et de hoc est publica vox et fama.

XXVIII Item, quod est publica vox et fama, notorium et manifestum et communis oppinio est in dicta civitate Gebennarum et in aliis locis circumvicinis quod prenominati Jacobus et Petrus homicide fecerunt agregacionem plurimorum hominum cum armis a mane illius diei in qua dicta vulnera, iniurias et quassationes ipsi monacho intulerunt usque ad horam delicti perpetrati, dominis Petro et Aymoni <sup>[66r]</sup> ignorantibus et non diffidatis<sup>a</sup>, ipsos homines cum armis ducendo per tabernas et alia loca civitatis, inter quos erant duo cutellarii extranei cum ipsis homicidis causa dictos dominum Aymonem, existentes cum eo et ipsum dominum Petrum de Sernay offendendi, iniuriandi et occidendi. Et ita communiter tenetur, habetur, tenetur et reputatur<sup>b</sup>, et sunt de hoc ipsi homicide publice et notorie diffamati, et est vox et fama publica et manifesta inter notos et vicinos et in civitate Gebennarum et aliis locis circumvicinis.

XXIX Item, quod prefatus dominus Petrus de Sernay erat, fuerat et fuit homo bone vite, conversationis, bone fame, sacerdos catholicus, religiosus, quietus, mansuetus, pacificus, sobrius et modestus in omnibus et in bibendo et comedendo, castus et devotus et bene morigenatus et toto tempore vite sue talis fuit habitus et reputatus a suis notis et vicinis ; quodque in sua infirmitate pro suis vulneribus, quassuris et plagis medicandis et sanandis habuit continue tres magistros barbitonsores, videlicet Johannem Chanilliardi de Sessier, Johannem Benthons et Petrum Grilion barbitonsores, et Petrum douz Peret sulurgiscum, dominos Petrum Farqueti et Petrum Chartresii medicos, quorum consiliis idem monachus in suo cibo, potu et regimine regebatur et eisdem credebatur et obediebat ut posset sanari, qui ipsum monachum rexerunt <et<sup>c</sup>> aptaverunt a die vulnerum usque ad diem obitus sui et diligentiam fecerunt ad visitandum ipsum causa ipsum sanandum. Et de hoc est publica vox et fama.

[non est in primo datis]

XXX Item, quod dicta vulnera eidem domino Petro illata et facta per ipsos homicidas erant mortalia secundum iudicium <sup>[66v]</sup> cuiuslibet experti in arte vulnerum et iudicata fuerunt mortalia per ipsos qui ipsum rexerunt et aptaverunt et quoscumque alios ; quodque bono regimine usus fuit idem dominus Petrus in sua infirmitate. Et de hoc est publica vox et fama.

[non est in primo datis]

XXXI Item, quod idem dominus Petrus a die vulnerum suorum sibi ut supra datorum in qua ductus est ad domum liberorum Roleti Camerarii quondam, non postea exivit dictam domum neque lectum, sed in ea languivit usque ad diem obitus sui, et de hoc est publica vox et fama.

<sup>a</sup> diffidatis] ducendo *add.*

<sup>b</sup> reputatur] *scr.*, reputatur

<sup>c</sup> et] *suppl. om.*

- XXXII Item, quod si reperiatur ipsum dominum Petrum dixisse et asseruisse quod vulnera manus fuerunt sibi illata per quendam cutellarium forensem quem non agnoscebat, quod ipse cutellarius erat de complicibus ipsorum homicidarum et ipsum cutellarium et quamplurimos alios homines cum arma ad illum locum vulnerum adduxerant ipsi Jacobus et Petrus Gredelet ex proposito et impresia faciendi predictum delictum per ipsos homicidas perpetratum, ut ex verbis ipsorum homicidarum et factis apparet. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXXIII Item, quod dicti Jacobus et Petrus homicide, paulo post quam fecerunt dicta vulnera, iniurias et quassationes ipsi monacho ex officio mero ipsius curie vicedompnatus, dumtaxat ex offensa manifesta et clamore vallido insurgentibus de predictis vulneribus, delictis et offensis, fuerunt pro premissis delictis, vulneribus et offensis capti et detenti in Insula Gebennarum et adhuc sunt, et processus formatus taliter qualiter contra ipsos sine instigatore et promotore per Johannem Eschoerii, clericum pro tunc curie vicedogni Gebennarum, jussu Johannis de Albergamentis, pro tunc locumtenentis predicti vicedogni. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXXIII Item, quod dictus Johannes de Albergamentis, pro tunc locumtenens nobilis et potentis vicedogni, est et erat consanguineus <sup>[67r]</sup> in quarto gradu consanguineitatis ipsius Jacobi Tromberti, et partem faciebat cum ipso consanguineo suo toto posse ad finem absolutionis consequende. Et de premissis et eorum singulis est publica vox et fama inter notos et vicinos, et in civitate Gebennarum et alibi extra civitatem propter evidenciam et notorietatem premissorum.
- XXXV Item, quod dicti Johannes de Albergamentis et Johannes Eschoerii formaverunt et quantum potuerunt inutiliter et inhepte processus, si qui reperiantur ante processum intitulum per Girardum Perrussodi, et predicta fecerunt in favorem ipsorum homicidarum ad finem absolutionis consequende. Indiscreteque ipse Johannes de Albergamentis et Johannes Eschoerii ipsum processum fecerunt, testes qui veritatem sciebant dilicti non examinando nec requirendo et veritatem dilicti, ut decet, non inquirendo, et confessiones ipsorum testium tacendo, ipsos testes instruendo ne faterentur veritatem, in tantum quod nullum indicium, nulla presumpcio, nulla veritas de premissis dilictis haberi potuit ex illo tali quali processu. Fueruntque et erant suspecti in inquirendo veritatem negocii, suntque publice et notorie deffamati in premissis, estque de premissis et eorum singulis publica vox et fama inter notos et vicinos, et ita habetur, tenetur et reputatur et communiter et publice.
- XXXVI Item, quod si reperiatur ipsum dominum Aymonem Salanchi aliquid procurasse circa predictam inquisitionem, quod solum procuravit et se interposuit postquam dicta curia intitularat ex ipsius officio processum contra ipsos homicidas, et dum publicare volebant ipsum processum inchoavit procurare quod reformaretur processus ad obviandum maliciis contentis in articulo precedenti. Et de hoc est publica vox et fama.



- XXXVII Item, quod si reperiatur alia inquisitio fuisse facta et formata super vulneribus, iniuriis et morte <sup>[67v]</sup> ipsius domini Petri de Sernay, videlicet die XXI mensis julii nuper lapsi, ex officio curie vicedogni Gebenn. contra dictos homicidas, quod talis inquisicio et omnes que formate essent per Johannem de Albergamentis et Johanne Eschoerii inhepte et indiscrete fuerunt formate, ut ipsi homicide benefficium absolucionis possent consequi, nec non fuerunt formate sine vocando syndicos et procuratores civitatis Gebennarum ad videndum jurare et examinare ipsos malefactores et maxime dum scribebatur et formatur in presencia dicti Vuaranbon et contra franchisesias et consuetudines et libertates Gebennarum. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos.
- XXXIX Item, quod inquisicio et processus male et indiscrete formati et facti possunt reformari legitime et iudice, maxime antequam fuerunt publicati, sepe sepius per curiam ex jussu et precepto superius, et de hoc est publica vox et fama.
- XL Item, quod si reperiatur aliqua copia alicuius processus ipsis homicidis tradita fuisse ante copiam processus Girardi Perrussodi, quod illud fuit secrete et dolose factum per fovescentes partem ipsorum homicidarum in ausencia syndicorum, nulla publicatione facta iudice, ut possent inique consequi benefficium absolucionis dicti homicide. Et de hoc est publica vox et fama.
- XLI Item, quod dicti Jacobus et Petrus Gredelet sunt et fuerunt dolosi, culposi contentorum superius et in processu ipsius Girardi Perrussodi, suntque publice diffamati de premissis notorie et manifeste in civitate Gebennarum et aliis locis circumvicinis, <sup>[68r]</sup> talesque habentur et reputantur, et ita se habet publica vox et fama communiter et publice inter notos et vicinos.
- XLII<sup>a</sup> Item<sup>b</sup>, quod secundum morem, stilum, usum et consuetudinem dicte civitatis Gebennarum, mistrales, bidelli et familiares curie vicedogni soliti sunt portare solos gladios vel enses sine aliis armis cum uno parvo baculo pro salute et quiete populi, et non ducere homines armatos neque congregacionem hominum armorum facere neque aliquas iniurias reales aut verbales cuique facere vel dicere. Et de hoc est publica vox et fama.
- XLIII Item, quod die vigillie beate Marie Magdalene in qua intulerunt et fecerunt vulnera, iniurias, verberationes et quassationes ipsi domino Petro de Sernay dicti homicide, non erat rumor in civitate nec propter<sup>c</sup> aliquod factum ipsius curie habebant ipsi homicide causam armandi se neque homines armatos congregandi. Et de hoc est publica vox et fama.
- XLIII Item, quod premissa omnia universa et singula sunt vera, notoria et manifesta, estque de ipsis et eorum singulis publica vox et fama.

<sup>a</sup> XLII] *scr.*, LII

<sup>b</sup> XLII. Item, quod secundum morem - vox et fama] *om. a.c. in marg. inf.*

<sup>c</sup> propter] *om. a.c.*

Et predicta dicit idem procurator et proponit jure fiscali, salvo sibi jure plenius et melius argumentandi, proponendi etiam de juribus et factis ipsius delicti, requirens sibi dey detrey<sup>a</sup> commissarium providere verum officium implorando in premissis.

[68v] articuli primo traditi pro

<sup>a</sup> detrey] *con.*

<sup>[69r]</sup> dicit dominus Guillelmus Orseti jurisperitus, procurator et procuratorio nomine quo alias in hac causa, adherendo dictis propositis petitis et replicatis atque protestatis in hac causa per ipsum et ab ipsis non recedendo, deliberando super quadam cedula per procuratorem ipsorum Jaquemeti et Petri homicidarum tradita, que incipit: 'Vigore assignacionis, et cet.', quod, salva reverencia proponentis, contenta in dicta cedula sunt vana, frivola et talia quod inspecto processu sunt indigna responsione et carent tam juris quam facti veritate, et in quantum faciunt contra ipsos homicidas recipiet et admittit, saltem in vim tacite confessionis ; in quantum pro ipsis faciunt, non admittit nec recipit, sed ipsa negat fore vera. Dicens ulterius quod actenta natura cause presentis originalis, origine a quo orta est, processu et articulis assertis deffensionalibus talibus qualibus ipsorum reorum criminis seu reatus consideratis, et quod boni judicis interest omnimodo perquirere veritatem cause et delicti quo potest, quod articuli ipsius domini Guillelmi in hac causa coram vobis honorabilibus viris procuratoribus civitatis Gebennarum producti et die lune post Letare in assisiis vobis traditi, sunt admisibiles et debent et debuerunt admitti sicut per vos jam admissi sunt, nec sunt in effectum hiidem cum articulis inquisitionis set differunt in multis qualitatibus et factis, neque sunt impertinentes, et maxime actento articulo ipsarum assertarum deffensionum, contra quas licet ipsum procuratorem de contrario articulare et de novo ad fortificationem processus articulos dare ; quodque si aliqui sunt negativi, sunt contrarii<sup>a</sup> loco, tempore, vel sunt <sup>[69v]</sup> juris vel qualitatis vel entis et cadunt et cadere possunt in sensum testis, et tales qui probari possunt per rerum naturam. Et contenta in ipsis sunt in hac causa de jure opponenda et opponi debent et possunt, et salva reverencia dictantis, quod maliciose et subterfugii causa videntur aliqui fore traditi ut in carceribus duris dies suos claudant extremos voluntarie et assertuose dictans loquitur. Preterea, clare ex processu probatur et apparet ipsos Jaquemetum et Petrum Gredelet commisisse et fecisse dilicta in eodem contenta, adeo quod ad ultimum supplicium dandi et tradendi sunt. Et si clare non probetur, quod tamen fit, petit idem procurator ipsos homicidas poni ad torturam ad eruendam clarius veritatem, ut alias jam petiit. Vnde similiter, actentis premissis et aliis multis de causis propositis et alias dictis et resultantibus expresse, dicit idem procurator quo supra nomine in carceribus firmiter et fideliter esse custodiendos, ne judicium reddatur illusorium, ad quod advertere multum debet iudex, maxime cum utilitas publica preferatur private, et quod ad examinationem testium debet procedere super suis articulis, nec admissionem ipsorum debet revocare, quod ita fieri petit ne delaretur et subterfugiat causa et procuratorem ipsorum homicidarum citare coram commissarium ad videndum jurare teste ; neque ipsos homicidas relaxare debet a carceribus per aliquam cautionem ydoneam, actenta hac causa criminali et toto processu. Et ulterius petit idem procurator impediri publicationem testium petitam per procuratorem ipsorum criminosorum seu necis reorum, <sup>[70r]</sup> petens commissionem veram renovari ad examinandum testes suos non obstantibus frivolis et causa justicie solum turbande oppositis, dicens ita de jure fieri debere vestrum officium implorando.

<sup>a</sup> contrarii] *con.*, *coharti* (?)

Sed quia dictator cedula partis adverse dicit quod dolose et subterfugii causa aliquos articulos proponere per dictum dominum Guillelmum Orseti, quod salva reverencis non est verum, cum sit actor idem dominus Guillelmus fovens justam, sanctam et notoriam causam ut appareat<sup>a</sup> quod dictus dominus Guillelmus vult accellerare causam et non fugere aliqua verba in aliquibus articulis proposita, vult et petit<sup>b</sup> idem dominus Guillelmus arradi et alia loco ipsorum ponere et meliorare ut pars adversa taceat in suis frivolis propositis, ad que aures vestras inclinare non debet.

Et primo, super sexto articulo dicti domini Guillelmi, tollantur hec verba : ‘nec unquam postea fuit in dicto loco Burgi nec ire audax esset’, et ponatur hec verba : ‘et continue in hac civitate Gebennarum postea moratus fuit’.

Super IX articulo tollantur hec verba : ‘non est nec fuit audax morari’, et post verba ‘de persona sua’ ponantur hec : ‘et continue in hac civitate Gebennarum moratus fuit’.

Super articulo XVII removeantur hec verba : ‘et nunquam fuit de numero’, et cet., usque ad verba exclusive : ‘sed ut laycus’, et cet.

Super XIX, ubi est : ‘dies XI mensis julii’, ponatur : ‘XXI mensis julii’.

Super XX removeantur hec verba : ‘et nullum officium pro dicto tempore’, et cet., usque ad hec verba exclusive : ‘et de hoc est publica’, et cet., et loco illorum verborum ponantur hec verba : ‘et pro dicto tempore solum officium advocacionis ibidem exercuit’.

Super XXX articulo tollantur hec verba : ‘neque a die vulnerum’, et cet., usque ad hec verba exclusive : ‘et de hoc est publica’, et cet., et ponantur hec verba : ‘et a quo fuit vulneratus continue stetit in domo habitacionis heredum Johannis Camerarii infra lectum, prout infirmus stare debet’.

<sup>[70v]</sup> Item, super XXXV articulo removeantur<sup>c</sup> verba negativa in principio et ubi est ‘non examinando’ ponatur obmictendo<sup>d</sup>.

Super XLIII articulo tollantur hec verba : ‘non erat rumor <in<sup>e</sup>> civitate’, usque ibi : ‘et de hoc est publica vox’, et cet., et loco illorum verborum ponantur hec : ‘omnes cives et incole et existentes in loco Gebennarum erant pacifici, quieti mansueti et omnimode bone voluntatis, ut apparebat ibidem, preter ipsos homicidas et ipsorum sequaces’.

<sup>a</sup> appareat] apparet *a.c.*

<sup>b</sup> et petit] *om. a.c.*

<sup>c</sup> removeantur] *scr.*, removeatur

<sup>d</sup> obmictendo] *com.*, et hec verba negativa in ipso contenta

<sup>e</sup> in] *suppl. om.*

[71r] Vigore assignationis facte per vos discretos et honorabiles viros procuratores syndicos civitatis Gebenn. Jaquemeto Tromberti et Petro Gredeleti, que est ad deliberandum seu esse debet super quibusdam articulis traditis per dominum Guillelmum Orseti publicandis testes quos super dictis articulis voluerit examinare, comparet procurator dictorum Jaquemeti et Petri delatorum dicens et proponens quod predictos articulos, in quantum pro dictis Jaquemeto et Petro faciunt aut facere possunt, seu altero ipsorum, admittit et recipit saltim in vim tacite confessionis ; in quantum vero contra ipsos faciunt aut facere possunt ipsos negat, dicens dictos articulos non fore ad probandum admittendos, quia diligenter inspecto tenore ipsorum articulorum nonnulli ex ipsis sunt heidem in effectu cum articulis inquisitionis factis contra dictos delatos super quibus fuerunt testes examinati, concesse copie hinc et inde et didicita testificata. Tum quia aliqui ex dictis articulis sunt impertinentes et non facientes ad causam, et alii sunt mere negativi, qui per rerum naturam probari non possent et tales qui potius causa malicie et subterfugii et cause pro dilacione<sup>a</sup>, salva reverencia proponentis, videntur esse traditi, et ad eo quod dicti delati, qui duris carceribus detinentur, diuturnitate carcerum predictorum dies suos claudant<sup>b</sup> extremos, ad que multum debet advertere iudex, cum carceres non debent esse ad penam set pocius ad custodiam, et multum provide et cum maxima deliberacione in talibus est [71v] procedendum, maxime cum agitur de salute hominum. Qua propter, ex predictis causis et aliis multis resultantibus ex dictis articulis et ex processu cause, dicit dictus procurator dictos articulos fore repellendos, quod si per vos admissi ad probandum, quod non credit, petit admissionem ipsorum contrario imperio per vos fore revocandum, dicens ita de jure fieri debere. Super quibus, antequam ad ultiores actus procedatur, petit per vos interloqui et jus dici, quod si secus fiat, protestatur de gravamine et nullitate actorum et cogendorum, petens nichillominus testes pro parte dictorum delatorum publicari et apperire, non obstantibus frivolis et inanibus propositis ex adverso, que premissa impedire non debet. Petens ulterius prefatus procurator et instanter requirens dictos delatos a carceribus et aresto quibus detinentur liberari et penitus relaxari, actento quod per inspeccionem processus contra ipsos facti in nullo reperiuntur culpabiles ; ipsique parati sunt cavere ydonee de stando juri et se repretando, si opus fuerit, dicens delatos comiti debere fideiussere, quod si in dubium vertitur, non credit, petit per vos interloqui et jus dici, dicens premissa de jure fieri debere, vestrum officium implorando. Productum est. Benedictus Ballebini pro Girardo P. Datum per copiam.

Recessit dictus procurator ab istis articulis in quantum plus vel minus reperiretur contineri in aliis articulis, eciam incipientibus Coram in fine signatis. Productum est. Benedictus Ballebini pro Girardo P.

[72v] de dictis Petri Gredellet et Jaquemeti Tromberti

<sup>a</sup> dilacione] *scr.*, tilacione

<sup>b</sup> claudant] *scr.*, claudat

[73r] Coram vobis discretis et honorabilibus viris procuratoribus et sindicis civitatis Gebennarum comparet venerabilis vir dominus Guillelmus Orseti, jurisperitus, procurator fiscalis domini nostri episcopi Gebenn., jure fiscali contra Jacobum Tromberti et Petrum Cathelan alias Gredellet, homicidas fratris Petri de Sernay monachi Sancti Victoris quondam, dicens et proponens quatenus copias jure fiscali sibi concessas processus super morte dicti domini Petri vuln<sup>a</sup>, iniuriarum eidem domino Petro illatarum ab ipsis homicidis intitulati contra ipsos criminosos ex mero officio curie dumtaxat domini vicedogni Gebennarum et quarundam pretensarum deffensionum ipsorum, non potuit habere, maxime cum noviter etiam insequi hanc causam inchoaverit donec die lune post octabas Bordarum, et ideo idem procurator non potuit super ipsis copiis deliberare. Ea propter, deliberando super ipsis copiis, dicit idem procurator quod attenta ipsorum homicidarum confessione, probationibus, presumptionibus, indiciis necis vuln<sup>b</sup>, iniuriarum et delicti contentorum in dicto processu et considerato tenore ipsarum assertarum deffensionum, ipse sunt frivole vaneque, salva reverencia dictatoris, carent tam juris quam facti veritate, ficticie et solum fabricate ad differendum complementum justicie, inadmissibiles, impertinentes, contrarie, obscure, non relevantes, vage, quodque sunt tales quod per vos non debent neque debuerunt admitti et ipsas et contenta in ipsis, in quantum in favorem et pro ipsis Jaquemeto et Petro homicidis faciunt aut facere possunt, non recipit neque admittit idem procurator, sed in ea parte solum ipsas et ipsa negat fore vera et veras ; et in ea parte in qua faciunt aut facere possunt contra ipsos homicidas et probant dicta vulnera, iniurias et necem predictam et contentorum in ipso processu contra ipsos criminosos, ipsas admittit et recepit saltem in vim tacite confessionis et non aliter neque alias neque ultra. Et de premissis inadmissibilitate et impertinentia protestatur dicens quod non obstantibus dictis pretensis talibus qualibus deffensionibus dicti rei premissorum contentorum in processu prelibato sunt ponendi et debent poni ad torturam, actentis confessionibus ipsorum, probationibus, presumptionibus et indiciis verberum, vuln<sup>c</sup>, iniuriarum et mortis illatarum ipsi domino Petro per ipsos homicidas. Quod ita fieri petit [73v] idem procurator per vos prefatos procuratores civitatis Gebennarum nec non pronunciari per vos ipsos fore ponendos ad torturam ad clarius eruendam veritatem premissorum, et de nullitate ipsarum pretensarum deffensionum protestatur et de opponendo, obiciendo, excipiendo, argumentando<sup>d</sup>, et cet.

Et ad elyendum et tollendum vires et effectum ipsarum assertarum deffensionum et impediendo publicacionem testium super ipsis productorum et producendorum pro parte ipsorum homicidarum, nec non fortificando processum intitulatum contra ipsos homicidas, prefatus dominus Guillelmus Orseti, procuratorio nomine quo supra, dat, facit et tradit excepciones seu articulos infrascriptos, ad quos probandum se petit admitti citra onus superflue probacionis et iniuriam et diffamationem cuiuscumque de quo solliciter protestatur.

<sup>a</sup> vuln<sup>erum</sup>] *scr.*, vulnerunt

<sup>b</sup> vuln<sup>erum</sup>] *scr.*, vulnerunt

<sup>c</sup> vuln<sup>erum</sup>] *scr.*, vulnerunt

<sup>d</sup> argumentando] *con.*, ar

- I In primis quod ipsi Jacobus et Petrus homicide totis temporibus vite sue fuerunt homines viles, male vite, condicionis et fame, inhoneste conversacionis luxuriosi, sectatores meretricum lupanaris et pravorum operum, ebriosi, frequentatores tabernarum, gulosi, ludores locorum inhonestorum, superbi, rigurosi, iniuriosi, verbis et factis rixosi, brigosi, jurgiorum et rixarum promotores, dolos, fraudes facientes, accusatores curie prefati domini vicedogni crimina et delicta quam plurima commiserunt, maxime in dicto officio, jaugulatores, mendaces et malorum inventores et perquisitores, et tales habentur, reputantur habiti et reputati sunt et fuerunt temporibus retroactis. Et de hoc est publica vox et fama.
- II Item, quod de premissis sunt notorie, publice et manifeste diffamati in civitate Gebenn., estque communis oppinio, vox et fama publica et manifesta inter notos et vicinos.
- III <sup>[74r]</sup> Item, quod ratione officii curie vicedognatus in quo fuerunt, quamdiu in ipso fuerunt, <fuerunt<sup>a</sup>> ingrati, feroces, crudeles, superbi, rapinosi, improbe, exercentes dictum officium in quo steterunt quodque vixi fuerunt quemcumque opprimere et ledere et malum perquirere ex potencia ipsius officii; et extorsionibus et rapinis quas facere procuraverunt in ipso officio vixerunt in ipso officio, vilitates et ribarderias in eodem committendo. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos et ita tenetur, habetur et reputatur notorie et publice in civitate Gebenn.
- IIII Item, quod dictus Jacobus Tromberti habet et habuit, quamdiu in dicto officio fuit, uxorem, sed nichillominus adulterium, fornicacionem et struprum commisit et consuevit committere in dicto officio luxuriose vivendo, et ita habetur et tenetur publice, notorie et manifeste inter notos et vicinos. Estque de ipsis publice diffamatus in civitate Gebenn. et de ipsis et eorum singulis est publica vox et fama.
- V Item, quod dictus Petrus Gredellet, alias Cathelan, quamdiu stetit in officio bidellarie curie vicedognatus, luxuriose, inhoneste vixit, mulieres postibulares et meretrices tenendo<sup>b</sup> et sequendo adulterium, fornicacionem et struprum quam plurima commitendo, fur et latro, leno seu refiannus, et hoc est verum, notorium, publicum et manifestum, et ita tenetur, habetur et reputatur, estque de ipsis et ipsorum singulis publice diffamatus et notorie inter notos et vicinos, et in civitate Gebenn. est publica vox et fama.
- VI <sup>[74v]</sup> Item, quod prefatus Petrus Gredellet, temporibus retroactis, in Burgo in Bresia unde est natus, de aliquo homine fuit et est homicida, quia occidit alium hominem qui ibidem bene cognoscebat, de quo fuit captus; sed fregit carceres ipsius loci Burgi et fugit ad hanc civitatem, nec unquam post fuit in dicto loco Burgi nec ire audax esset. Et de premissis est publice et notorie diffamatus in civitate Gebenn. et in loco Burgi, estque de ipsis et eorum singulis publica vox et fama

<sup>a</sup> fuerunt] *suppl. om.*

<sup>b</sup> tenendo] *bis. scr.*

[hic deficit articulus]

- VII Item, quod dicti Jacobus et Petrus pro dictis vulneribus et iniuriis illatis per ipsos ipsi monacho et morte ipsius fuerunt ducti ad carcerem Gay et detenti in castro Gay post predicta delicta contenta in ipso processu, et quod crediderunt fugere a dictis carceribus et ipsas frangere et fugere totis viribus attentaverunt, et fregissent et fugissent nisi fuissent bene custoditi. Et de hoc est publica vox et fama.
- VIII Item, quod dictus Jacobus Tromberti homicida propter delicta et rixas quas commisit et commiserat apud Magnier in Gebenn. et in terra Fucigniacy, in quibus locis habebat suam mansionem et sua bona, non est nec fuit audax morari, sed tenebat in dicto officio curie vicedognatus ut securior esset de persona sua. Et de hoc est publica vox et fama.
- IX Item, quod fuit annus post festum Omnium Sanctorum proxime preteritum vel circa quod dominus Aymo Salanchi, graduatus in legibus, et Petrus Salanchi eius frater, clerici et existentes in habitu et tonsura clericorum, de nocte, circa horam cene, pacifice et quiete tenebant amore fraterno ad invicem <sup>[75r]</sup> in domo habitationis ipsius Petri Salanchi clerici sita Gebenn. versus portam Palacii, iuxta domum Johannis de Petragrossa a parte inferiori et iuxta domum heredum Ansermeti Gay a parte superiori, clausis hostiis ipsius domus, venerunt furiose, maliciose et ex malo proposito, ut per evidentiam eorum facti apparuit, dicti Jacobus et Petrus Gredellet homicide et aggressi fuerunt dictam domum cum armis et lapidibus proiciendo ad hostium ipsius domus et per fenestras jactando infra domum, et vi et violencia ipsorum hostia domus frangi actentaverunt, in tantum quod prefatus Petrus Salanchi clamavit 'ad aquam, ad aquam' alta voce ut vicini et gentes venirent ad subcursum, ne dicti homicide ipsos fratres occiderent. Et tandem predicti fratres latenter fugerunt a dicta domo ne per ipsos homicidas occiderentur. Et dicti Jacobus et Petrus Gredellet intraverunt ipsam domum et loca secreta et lectos ipsius domus cum venabulis investigabant causa ipsos fratres occidendi. Et de hoc est publica vox et fama.

[hic deficit]

- X Item, quod die jovis in vigilia beate Marie Magdalene nuper preterita, prefatus dominus Aymo Salanchi et Johannes Salanchi eius frater ibant per Ripperiam Gebenn. honeste et pacifice pro suis negociis peragendis et invenerunt Johannem de Albergamentis, locumtenentem pro tunc domini vicedompni, et prefatos Jacobum et Petrum homicidas cum ipso, ante domum quasi habitationis Vincencii Crochonz, qui dictus dominus Aymo dixit amicabiliter dicto locumtenenti et ipsum rogando ut diceret dicto Petro Gredellet quod non imquicaret Elynodam de Burgo Novo super amotione terre de ante domum qua ipsa habitat, quoniam ipse faceret<sup>a</sup> diligentiam de amovendo et faceret cito quod operarios reperiret. Et incontinenti, in presencia dicti locumtenentis, ipsi Jacobus et Petrus homicide, animo irascibili, maliciose, odiose et vituperoso, multas <sup>[75v]</sup> iniurias verbales et

<sup>a</sup> faceret] *scr.*, fecerat



minas dixerunt, ipsi domino Aymoni tacenti, dicendo eidem : ‘va t’ent, quez tu es ung jauglares’. Et de hoc est publica vox et fama.

- XI Item, quod dicti dominus Aymo Salanchie et Johanne eius frater incontinenti<sup>a</sup> iverunt versus pontem Rodani, et dum revertebantur ad domum ipsius domini Aymonis per Ripperiam, quasi ante operatorium Francisci<sup>b</sup> de Stabullo mercatoris, pacifice et quiete ambulantes, dicti Jacobus et Petrus persequentes ipsos fratres cum armis ex malo proposito, odiose, iniuriose et maliciose causa offendendi ipsos fratres dederunt animo deliberato de spatula ipsi domino Aymoni, maxime dictus Jacobus, et ipsis fratribus minabantur et minati fuerunt et amicis ipsorum, dicendo ipsis fratribus : ‘nos habemus et inuenimus plures amicos contra vos quam vos cliergipotaz non facietis’. Quodque dictus Jacobus vocabat dictum dominum Aymonem Salanchi dicendo : ‘venias huc ad me, tu fugis et frater tuus’. Et dum ipsi fratres fugerent, dicti homicide ipsos persequiebantur et multas reales et verbales iniurias dixerunt et fecerunt ipsis fratribus publice et notorie ibidem. Et de hoc est publica vox et fama.

[deficit]

- XII Item, quod monachi prioratus Sancti Victoris, advocati et clerici Sancti Petri Gebenn. et curie officarii sunt et temporibus retroactis spacio X, XX, XXX, XL et L annorum, et tanti temporis spacium quod memoria hominis non est in contrarium fuerunt et sunt, veri religiosi, catholici, Deo bene servientes et religionem eorum bene tenentes, probi, legales, honesti, pacifici, quieti, mansueti, modesti et bene morigenati, honestatem et iusticiam diligentes et dominum vicedognum Gebenn. et eius curiam et ipsius familiares in reverentiam habentes et tenentes. Et de hoc est publica vox et fama.

- XIII Item, quod si reperiatur Anthonium de Versoya fore civem Gebenn., quod est et fuit semper mercator ibidem et est coniugatus et nunquam fuit de numero monachorum <sup>[76]</sup> Sancti Victoris clericorum nec advocatorum Sancti Petri neque curie officialis neque aliquod officium in predictis locis nunquam habuit, sed ut laycus mercator se gessit temporibus retroactis et gerit, et pro tali habetur, tenetur et reputatur et nominatus fuit et nominatum nunc et temporibus retroactis. Et de hoc est publica vox et fama.

- XIII Item, quod monachi Sancti Victoris consueverunt totis temporibus vite sue se abstinere ab excessibus et gravibus iniuriis inferendis et committendis quibuscumque, et maxime familiaribus, officiariis et servitoribus curie domini vicedompni et a persecutione et insidiationibus familiarium ipsius curie, pacifice et quiete sine armis et arnesiis eundo. Et de hoc est publica vox et fama.

- XV Item, quod si reperiatur dominum Aymonem Salanchie aliquid procurasse, instigasse et fecisse circa inquisicionem contra ipsos homicidas intitulatam, quod dicti homicide fuerunt capti die qua commisserunt delicta, videlicet die XI mensis

<sup>a</sup> incontinenti] *scr.*, inymenti

<sup>b</sup> Francisci] *scr.*, Franci

julii et die XI mensis augusti sequentis ex causis contentis in articulo infra scripto qui incipit 'Item, \*\*\*\*\*<sup>a</sup> formaretur dumtaxat dicta inquisicio intitulata indiscrete causa beneficium absolutionis consequendo, et idem dominus Aymo requisivit quod rite, recte et bene formaretur dicta inquisicio quam jam curiales ipsius curie intitulaverant et publicare volebant ipsis homicidis, et dum volebant publicare ipse dominus Aymo noviter incepit de ipsa inquisicione loqui et requirere ut supra. Et de hoc est publica vox et fama.

- XVI Item, quod si reperiatur ipsum dominum Aymonem Salanchi habitasse in civitate Gebenn., quod solum habitavit in eadem a tribus annis citra, et dum ibi stetit mansit honeste, quiete et abstinendo ab illicitis, et nullum officium pro dicto tempore habuit in Sanctis Victore et Petro<sup>b</sup> Gebenn. Et de hoc est publica vox et fama.
- XVII <sup>[76v]</sup> Item, quod si reperiatur Johannem Salanchi fuisse in domo habitacionis domini Aymonis Salanchi fratris sui, quod ipse erat pro suis negociis, quibus finitis et factis per eum, reversus fuit ad domum suam. Quodque ipse est et fuit coniugatus a XII annis citra in mandamento Clarimontis in villa de Pesseys et habebat cum Margareta uxor sua, filia Guillelmi de Pesseys domicelli quondam, suam moram, familiam et domicillum<sup>c</sup> et habuit a tempore quo fuit ibidem coniugatus. Et de hoc est publica vox et fama.
- XVIII Item, quod prenominati dominus Aymo et Johannes Salanchie sunt homines boni, iusti, pacifici quieti et mansueti, pacem et amorem diligentes, qui consueverunt se abstinere a rixis, impreysiis et congregatione<sup>d</sup> hominum armorum, verberacionibus, occisionibus et persecucionibus et odiis, et maxime dictorum Jaquemeti et Petri. Et de hoc est publica vox et fama.
- XIX Item, quod si reperiatur ipsos homicidas die XXI mensis julii nuper preteriti fuisse et stetisse ante domum domine Yolende de Monteforti prope domum habitacionis domini Aymonis Salanchie, quod ipsi Jacobus et Petrus reveniendo de taberna dicti Bon Johannt de Pilliparia ex proposito et impreysia ibant et stabant ante dictam domum habitacionis dicti domini Aymonis Salanchie ad occidendum ipsum dominum Petrum de Sernay, ut patuit ex actibus et factis ipsorum, et hac de causa de superiori parte dictarum domorum domine Yolende et domini Aymonis quamplures homines cum armis in insidia posuerunt. Quodque nullum vinum in dictis domibus vendebatur neque per magnum tempus ante fuerat venditum. Quodque ipsum religiosum pro tunc exeuntem quiete et pacifice de domo habitacionis ipsius domini Aymonis, ipsi ambo homicide invaserunt, agressi fuerunt cum gladiis armati arnesiis. Et de hoc est publica vox et fama.

<sup>a</sup> *lac. hab.*

<sup>b</sup> Petro] *scr.*, Petri

<sup>c</sup> domicillum] *scr.*, domicillum

<sup>d</sup> congregatione] aggresione *a.c.*

- XX Item, quod si reperiatur ipsum dominum Petrum monachum neque aliquos alios fuisse et esse pro tunc in domo habitacionis domini Aymonis Salanchie, quod ipsi erant pro suis negociis, quodque idem dominus Aymo est advocatus in utraque curia temporali et spirituali civitatis Gebenn., ad quem veniunt et consueverunt venire in domo habitacionis sue homines <sup>[77e]</sup> indifferenter populi et patrie pro suis negociis et consulendi cum eodem. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXI Item, quod in predicta rixa facta inter dictos homicidas et<sup>a</sup> ipsum dominum Petrum de Sernay, dicti Jacobus et Petrus fuerunt promotores, requisitores dicte rixe, invasores ipsius monachi, et hac de causa venerunt ad ipsum locum ubi sciebant esse ipsum monachum, et homines armatos perquisierant et adduxerant cum ipsis absconse ponendo circuncirca domum ipsius domini Aymonis, et tota die per civitatem dicendo ad commictendum ipsum delictum si alibi ipsum monachum reperire potuissent. Et de<sup>b</sup> hoc est publica vox et fama.
- XXII Item, quod est publica vox et fama, notorium et manifestum et communis oppinio est in dicta civitate et in aliis locis circumvicinis quod prenominati Jacobus et Petrus homicide fecerunt congregationem plurimorum hominum cum armis a mane illius diei in qua dicta vulnera, iniurias et quassationes ipsi monacho intulerunt usque ad horam delicti perpetrati, ipso monacho ignorante et non diffidato<sup>c</sup>, ducendo ipsos per tabernas et alia loca civitatis, inter quos erant duo cutellerii extranei cum ipsis homicidis causa dictum monachum occidendi et verberandi. Et ita communiter habetur, tenetur et reputatur, et sunt de hoc ipsi homicide publice et notorie diffamati, et est vox et fama publica et manifesta inter notos et vicinos et in civitate et aliis locis circumvicinis.
- XXIII Item, quod prefatus dominus Petrus de Sernay erat, fuerat et fuit homo bone vite, conversationis, bone fame, sacerdos catholicus, religiosus, quietus, mansuetus, pacificus, sobrius et modestus in omnibus et in bibendo et comedendo, castus et devotus et bene morigenatus et toto tempore vite sue talis fuit habitus et reputatus a suis notis et vicinis ; quodque in sua infirmitate pro suis vulneribus, quassuris et plagis medicandis et sanandis habuit continue tres magistros barbitonsores, videlicet Johannem Chanillard de Sessier, Johannem Berthons barbitonsores, Peruz dou Peret sulurgiscum et apothecarium, et dominum Petrum Falqueti et dominum Petrum Carthesii licentiatum in medicinam, quorum consiliis idem monachus in suo cibo et potu et regimine regebatur et eisdem credebatur et obediebat ut posset sanari, qui ipsum monachum rexerunt<et<sup>d</sup>> aptaverunt a die vulneracionis usque ad diem obitus sui et diligentiam fecerunt <sup>[77v]</sup> ad ipsum visitandum causa ipsum sanandum. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXIII Item, quod dicta vulnera eidem domino Petro illata et facta per ipsos homicidas erant mortalia secundum iudicium cuiuslibet experti in arte vulneratorum et iudicata fuerunt mortalia per ipsos medicos sulurgiscos et barbitonsores et

<sup>a</sup> et] d *add.*

<sup>b</sup> de] *om. a.c.*

<sup>c</sup> diffidato] *scr.*, diffitate

<sup>d</sup> et] *suppl. om.*

quosdam alios ; quodque bono regimine usus est idem dominus Petrus in sua infirmitate neque a die vulnerum postea exivit domum neque lectum, sed languit usque ad diem sui obiti. Et de hoc est publica vox et fama.

[deficiunt]

- XXV Item, quod si reperiatur ipsum dominum Petrum dixisse et asseruisse quod vulnera manus fuerunt sibi illata<sup>a</sup> per quendam cutellerium forensem quem non cognoscebat, quod ipse cutellerius erat de complicitibus ipsorum homicidarum et ipsum cutellerium et quamplures alios homines cum armis ad illum locum vulnerationis adduxerunt ipsi Jacobus et Petrus homicide ex proposito et impreysia faciendum predictum delictum<sup>b</sup> per ipsos homicidas perpetratum et ut occiderent ipsum monachum, ut ex operibus eorum apparet. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXVI Item, quod dicti Jacobus et Petrus homicide, paulo post quam fecerunt dicta vulnera, iniurias et quassationes ipsi monacho ex officio mero ipsius curie vicedompnatus, dumtaxat ex offensa manifesta et clamore valido insurgentibus de predictis vulneribus, iniuriis et cassationibus fuerunt pro premissis debatis, vulneribus et offensis capti et detenti in Insula Gebenn. et adhuc sunt, et processus formatus taliter qualiter contra ipsos sine instigatore et promotore per Johannem Escuerii, clericum pro tunc curie vicedognatus, jussu Johannis de Albergamento, pro tunc locumtenentis predicti. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXVII Item, quod dictus Johannes de Albergamentis, pro tunc locumtenens nobilis et potentis vicedogni, est et erat consanguineus in quarto gradu consanguineitatis<sup>c</sup> ipsius Jacobi Tromberti, <sup>[78r]</sup> et partem faciebat cum ipso consanguineo suo toto posse ad finem absolutionis consequende. Et de premissis et eorum singulis est publica vox et fama inter notos et vicinos in civitate Gebenn. et alibi.
- XXVIII Item, quod dicti Johannes de Albergamentis et Johannes Escuerii formaverunt et quantum potuerunt inutiliter et inepte processus, si qui reperiantur facti ante processum intitulum per Gerardum Perrusodi<sup>d</sup>, et predictum fecerunt in favorem ipsorum homicidarum ad finem absolutionis consequende. Indiscreteque ipsi Johannes de Albergamentis et Johannes<sup>e</sup> Escuerii ipsum processum fecerunt, testes qui veritatem sciebant dilicti<sup>f</sup> non examinando nec requirendo et veritatem delicti, ut decet, non inquirendo, et confessiones ipsorum testium tacendo, ipsos testes instruendo ne faterentur veritatem, in tantum quod nullum indicium, nulla presumptio, nulla veritas de premissis delictis haberi potuit ex illo tali processu. Fueruntque et erant suspecti in inquirendo veritatem negotii, suntque publice et notorie deffamati in premissis, estque de premissis et eorum singulis publica vox

<sup>a</sup> illata] *scr.*, illa

<sup>b</sup> delictum] *scr.*, delitum

<sup>c</sup> consanguineitatis] *scr.*, consanguietatis

<sup>d</sup> Perrusodi] *scr.*, Perrudi

<sup>e</sup> Johannes] ex *add.*

<sup>f</sup> dilicti] *scr.*, diliti

et manifesta inter notos et vicinos, et ita habetur, tenetur et reputatur communiter publice et notorie.

- XXIX Item, quod si reperiatur ipsum dominum Aymonem Salanchie aliquid procurasse circa predictam inquisitionem, quod solum procuravit et se interposuit postquam dicta curia intitulaverat ex ipsius officio processum contra ipsos homicidas, et dum publicari volebant dictum processum inchoavit procurare quod reformaretur processus ad obviandum maliciis contentis in articulo precedenti. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXX Item, quod si reperiatur alia inquisitio fuisse facta et formata super vulneribus, iniuriis et morte ipsius domini Petri monachi, videlicet die XXI mensis julii <sup>[78v]</sup> nuper elapsi, ex officio curie vicedogni Gebenn. contra dictos homicidas, quod talis processus et omnes alii qui formati essent per Johannem de Albergamentis, pro tunc locumtenentem domini vicedompni consanguineum dicti Jacobi Tromberti, et Johanne Escuerii inepte et indiscrete fuerunt formati, ut ipsi homicide beneficium absolutionis possent consequi, nec non fuerunt facti et formati sine vocando syndicos et procuratores civitatis Gebenn. ad videndum jurare et examinare ipsos malefactores et contra franchisesias, consuetudines et libertates<sup>a</sup> Gebenn. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos.
- XXXI Item, ex eo quod dicti processus primo formati non sufficebant viribus et ideo fuerunt legitime secundum Deum et justiciam reformati per Girardum Perrussodi<sup>b</sup> die XXIII mensis novembris nuper prefati, antequam nulla publicatio fuit facta ipsis homicidis de predictis ; quodque inquisitio et processus male formati et facti possunt reformari legitime et juridice, maxime antequam fuerint publicati sepe et sepius per civitatem. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXXII Item, quod si reperiatur aliqua copia alicuius processus ipsis homicidis tradita fuisse ante copiam processus Girardi Perrussodi, quod illud fuit secrete et dolose factum per fovescentes partem ipsorum homicidarum in ausencia syndicorum, nulla publicatione facta juridice, et ut possent inique consequi beneficium absolutionis dicti homicide. Et de hoc est publica vox et fama.
- XXXIII Item, quod dicti Jacobus et Petrus sunt et fuerunt dolosi et culposi contentorum superius et in processu ipsius Girardi Perrussodi, suntque publice deffamati de <sup>[79r]</sup> premissis notorie et manifeste in civitate Gebenn. et aliis locis circumvicinis, talesque habentur et reputantur, et ita se habet publica vox et fama communiter et publice inter notos et vicinos.
- XXXIII Item, quod secundum morem, stilum, usum et consuetudines dicte civitatis Gebenn., mistrales, bidelli et familiares curie vicedompni soliti sunt portare solos gladios vel enses sine aliis armis et arnesiis cum uno parvo baculo pro salute et quiete poppulli, et non ducere homines armatos neque congregationem hominum

<sup>a</sup> libertates] *scr.*, libertas

<sup>b</sup> Perrussodi] *scr.*, Perrudi

armorum facere neque aliquas iniurias reales aut verbales cuique facere vel dicere. Et de hoc est publica vox et fama inter notos et vicinos.

XXXV Item, quod die vigillie beate Marie Magdalene <in<sup>a</sup>> qua intulerunt et fecerunt vulnera, iniurias, verberationes et cassationes dicti homicide ipsi domino Petro de Sernay, non erat rumor in civitate nec propter<sup>b</sup> aliquod factum ipsius curie habebant ipsi homicide causam armandi neque homines armatos congregandi. Et de hoc est publica vox et fama.

XXXVI Item, quod premissa omnia universa et singula sunt vera, notoria et manifesta, estque de ipsis et eorum singulis publica vox et fama.

Et predicta dicit idem procurator et proponit jure fiscali, salvo sibi jure plenius et melius argumentandi, proponendi etiam de juribus et factis ipsius delicti, requirens de<sup>c</sup> detri<sup>c</sup> commissarium sibi providere verum officium implorando in premissis Accesserit penitus ab istis articulis. Girardus Perrusodi.

<sup>a</sup> in] *suppl. om.*

<sup>b</sup> propter] *scr., prope*

<sup>c</sup> detri] *con.*

[79v(a)] Anno Domini millesimo quatercentesimo tercio, die lune post dominicam qua cantatur in Dei ecclesia Oculi, comparente coram nobis vicedogno Gebenn. viro venerabili et discreto domino Guillemo Orseti, procuratore fiscali, ut in actis, producens quosdam articulos in quodam quaterno papireo contentos et descriptos qui incipiunt ‘Coram vobis’, factos et formatos contra et adversus deffensiones seu articulos deffensorios datos et concessos Jaquemeto Tromberti et Petro Gredelleti contra quandam inquisitionem factam et formatam contra eosdem, quos petit se admitti ad probandum, petens insuper sibi per nos provideri de commissario ydoneo coram quo testes suos producere valeat super predictis articulis, nostrum officium super hiis implorando. Ex adverso, pro parte dictorum Jaquemeti et Petri delatorum fuit petitum et postulatum<sup>a</sup> ante omnia sibi per nos provideri de consilio et advocato ydoneis, qui jura, excepciones et deffensiones ipsorum proponant et persequi valeant et eisdem consilium rationale sumptibus moderatis prebeant, videlicet pro parte ipsorum petitum fuit Nycholetus de Maresco, notarius, per nos in advocatum sibi dari et concedi nec non copiam articulorum productorum pro parte dicti procuratoris eisdem concedi<sup>b</sup>. Et nos vicedognus predictus, quia juste postulantibus non est denegandus assensus, volentes unicuique<sup>c</sup> justiciam ministrare ut nostro incumbit officio, Girardum Perrussodi clericum curie nostre commissarium ad hec duximus deputandum, vices nostras super hiis et eidem<sup>d</sup> totaliter committendo, et dictum Nycholetum de Maresco in advocatum predictorum delatorum ad proseguendum jura sua prout supra decrevimus et ordinamus, iniungentes eidem Nycoletto presenti coram nobis ut predictis inculpatis in huiusmodi causa patrocinium suum prehebeat et intendat, et hoc sub<sup>e</sup> pena privationis curie nostre. Assignantes nichillominus partibus predictis diem lune post dominicam qua cantatur in Dei ecclesia Letare, que si ferre<sup>f</sup>, et cet., ad [79v(b)] publicandum adtestaciones testium interim producendorum ex parte predicti procuratoris super articulis predictis coram predicto commissario clerico nostro et super interrogatoriis dictorum delatorum, si qua facere voluerit<sup>g</sup>, et per nos iustificandum<sup>h</sup>. Datum ut supra<sup>i</sup>.

[80v] Copia articulorum primo traditorum per procuratorem fiscalem domini episcopi tradita incarceratis. Recessit dictus procurator totaliter ab ipsis articulis.

<sup>a</sup> et postulatum] *om. a.c.*

<sup>b</sup> nec non copiam articulorum productorum pro parte dicti procuratoris eisdem concedi] *om. a.c., add. in fine 82*

<sup>c</sup> unicuique] causam *om. a.c.*

<sup>d</sup> et eidem] *om. a.c.*

<sup>e</sup> sub] *om. a.c.*

<sup>f</sup> ferre] *con.*

<sup>g</sup> et super interrogatoriis dictorum delatorum si qua facere voluerit] *om. a.c.*

<sup>h</sup> et per nos iustificandum] *om. a.c.*

<sup>i</sup> Datum ut supra] *bis scr.*

Anno Domini millesimo CCCC<sup>mo</sup> tercio, die VII<sup>a</sup> mensis aprilis, hic Gebenn., fuerunt testes infrascripti pro parte viri discreti domini Guillelmi Orseti jurisperiti procuratoris fiscalis asserti producti, examinatique per me Girardum Perrussodi<sup>a</sup>, clericum curie domini vicedogni Gebenn., super intencionibus et articulis suprascriptis ex commissione michi facta per venerabiles et circumspectos viros procuratores civitatis Gebenn., qui testes in absentia nobilis Stephani de Thoyriam, procuratorem abserti Jaquemeti Tromberti et Petri Gredelleti detentorum infra Insulam Gebenn., juraverunt ad sancta Dei Evvangelia ab eisdem corporaliter prestita illam dicere quam super ipsis intencionibus et articulis in ipsis contentis scire noverint veritatem. Et sic ut sequitur deposuerunt, dicto Stephano quo supra nomine citato per dictum Parys, badellum curie domini vicedogni, ipsos testes jurare visuro si sua putaverit interesse, et vocato antequam ad recepcionem juramentorum dictorum testium super dictis intencionibus examinandorum procederetur per me jamdictum commissarium. Et sic deposuerunt ut infra sequitur.

Et primo Franciscus de Cruce, burgensis et habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit a tempore quo ipse loquens dicit se novisse dictum Petrum Gredellet ipsum Petrum tabernas et communes mulieres in civitate Gebenn. habitantes frequentantem et sequentem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup> articulo ipsarum intencionum [81v] interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra deposuit.

Super III<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit deponere de contentis in ipso articulo verum neque mendacium.

Super IIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus habuit a sex annis nuper lapsis, spacio quorum ipsum novit, ut dicit, uxorem suam legitimam et adhuc habet. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsorum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a pluribus personis quorum non recordatur quod dicti Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredelleti in ipsis intencionibus nominati<sup>b</sup>, pro verberacione monacho de Sernay illata<sup>c</sup> et morte subsequuta ex dicta verberacione, fuerunt ducti apud Gayum captivati et post reversi Gebenn. infra Insulam ubi sunt de presenti, ut dici audivit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> Perrussodi] *scr.* Perrissodi

<sup>b</sup> nominati] fuerunt *add.*

<sup>c</sup> illata] *scr.* illate



Super nono articulo<sup>a</sup> ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmisso X<sup>o</sup> articulo, dicit quod ipse qui loquitur nesciebat antequam dictus monachus<sup>b</sup> fuisset verberatus quod dicti Jaquemetus et Gredelletus inimicarentur dictis fratribus in ipso articulo nominatis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus dominus Petrus de Sernay monachus Sancti Victoris et fratres de<sup>c</sup> Salanchi nominati in articulo, erant similiter amici. Aliud<sup>d</sup> nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum spacio quatuor annorum proxime et continue lapsorum quorum dicit monachum<sup>[82r]</sup> Sancti Victoris novisse, qui pro tempore fuerunt, esse verum.

Super XVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum de tempore quo supra deposuit esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit jam sunt XX<sup>ti</sup> anni proxime et continue lapsi Anthonium de Versoya in articulo nominatum, spacio quorum quin vidit, scivit nec dici audivit quod ipse Anthonium fuisset nisi mercator et pro maiori tempore dictorum XX<sup>ti</sup> annorum coniugatus, nec ipsum vidit clericum nec advocatum locorum in articulo descriptorum, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo ipsorum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum de tempore quo supra deposuit esse verum.

Super XIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit dictum dominum Aymonem Salanchi in articulo nominatum per tempus de quo mencio habetur in ipso articulo se habentem pro bono et honesto et abstinentem ab illicitis et malum<sup>e</sup> officium per dictum tempus in locis in articulis descriptis, ut dicit.

Super XXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit dictum Johannem Salanchi. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit a quatuor annis proxime et continue lapsis dictos dominum Aymonem Salanchi et eius fratres, spacio quorum quatuor annorum non vidit, scivit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de dictis fratribus et quin fuerunt tales quales esse dicunt in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit si vinum tunc nec ante vendebatur in domo dicte domine Yolende in articulo nominate.

<sup>a</sup> articulo] *bis scr.*

<sup>b</sup> monachus] *om. a.c.*

<sup>c</sup> de] *bis scr.*

<sup>d</sup> Aliud] *de add.*

<sup>e</sup> malum] *scr. mallum*

Super XXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto monacho de Sernay quondam contenta in ipso articulo esse vera. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum <sup>[82v]</sup> intencionum interrogatus, dicit quod ipse dominus Aymo Salanchi est advocatus in utraque<sup>a</sup> curia temporali et spirituali Gebenn., ad quem veniunt plures gentes ad habendum consilium de suis negociis.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse tam a dicto monacho quam ab aliis personis quod contenta in ipso articulo erant vera. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera. Interrogatus a quibus dici audivit, dicit quod a pluribus personis quorum non recordatur, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non audivit, scivit nec eciam vidit quod neque magnus neque parvus de ipso domino Petro de Sernay quondam aliququaliter conquestus fuisset nec diceret quod sibi malum intulisset. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXX<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod vulnera dicto monacho illata die vigillie beate Marie Magdalene nuper lapsa erant mortalia.

Super XXXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur pluribus vicibus visitavit dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris in domo liberorum Johannis Camerarii dum infirmabatur dictis vulneribus, sed nunquam ipsum vidit extra lectum suum nisi dum aptabatur lectus suus, ex quo fuit donec mortuus fuit a lecto extractus, ut dicit, nec dici audivit quod fuit.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulo nominati fuerunt capti et in Insullam Gebenn. detenti ratione offense illate per ipsos, ut dicebatur, dicto monacho et adhuc sunt detenti, ut dicit. Interrogatus qualiter scit, dicit quod communiter dicitur in civitate Gebenn.

Super XXXIII<sup>o</sup>, XXXV<sup>o</sup>, XXXVI<sup>o</sup>, XXXVII<sup>o</sup>, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX<sup>o</sup> et XL<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur <sup>[83r]</sup> dici audivit in civitate Gebenn. contenta in ipso articulo esse vera, videlicet quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt in dolo et culpa vulneribus illatis dicto monacho et morte subsequuta ipsius monachi.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod spacio trium annorum quibus moram fecit Gebenn. vidit contenta in ipso articulo observari et de more, usu, stilo et consuetudine fieri, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur erat Gebenn. die vigillie beate Marie Magdalene nuper lapsa, qua die non vidit, scivit nec dici audivit aliquem fuisse rumorem in aliquo loco dicte civitatis, nisi illum de quo mencio habetur in presentibus articulis, ut dicit.

<sup>a</sup> utraque] *scr.*, utra

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit.

Interrogatus quid est fama, dicit quod id quod communiter et vulgabiliter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non; et an fuit instructus, informatus, subornatus appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod partem monachi ex eo et pro eo quod eius mater servit in hospicio domini Terniaci cum est homo, ut dicit. Eciam dicit ipse qui loquitur quod sibi displiceret si malum dictis Jaquemeto et Gredelleto eveniret.

Item, Johannes Chanilla, barbitonsor, habitator Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XXX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis precedentibus, dicit se tantum scire, videlicet quod ratione amissione membri, videlicet digiti, vulnera dicto monacho illata erant mortalia, ut dicit. Qui monachus, dum stetit infirmus, cui ipse loquens, ut dicit, medens fuit cum aliis barbitonsoribus et medicis, bono regimine se rexit et preceptis suorum gubernatorum stetit, ut dicit.

Super XXXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipse qui loquitur nunquam vidit dictum monachum <sup>[83v]</sup> extra suum lectum nisi auxilio gentium<sup>a</sup> fuisset extractus pro suo lecto aptando, ex quo fuit retractus in domo liberorum Johannis Camerarii usque dictus monachus fuit mortuus. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus nisi quod si dictus monachus non fuisset lesus non fuisset mortuus.

Item, Petrus Farido de Verneyer, habitator Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus, et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis precedentibus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit in quodam crastino nocte, circa tempus in articulo descripto designatum, mane quando surrexit et ad opera ire voluit quod multi lapides currerant per dictam carreriam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt e ratione illius sunt capti, et quod ex illis vulneribus fuit mortuus, ut dici audivit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

<sup>a</sup> gentium] *scr.*, Gebenn.

Item, Petrus Johannis, burgensis Gebenn, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur novit a tribus vel quatuor annis nuper proxime lapsis dictos Jaquemetum et Gredelletum, spacio quorum ipsi fuerunt ribardi, superbi, rixosi mala personis procurantes et eis mala facientes, ut dicit.

Super II<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus plura mala faciebant que facere non debuissent.

Super III<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum<sup>a</sup> esse verum.

Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse loquens vidit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus non timebant qualiter bona gencium habere possent, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus in articulo nominatus erat et adhuc est uxoratus, et non obstante dicto coniugio <sup>[84r]</sup> ipse tenebat tam extra quam infra dictam Insulam mulieres communes et secretas, potissime quandam que vocabatur Johanneta in domo domini officialis Gebenn. commorantem.

Super quinto articulo dictarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Petrus Gredelleti in articulo nominatus tenebat, existens in officio badellarie domini vicedogni Gebenn., mulieres communes et eciam secretas, ut dicit.

Super VI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod ex eo et pro eo quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus de verbere et morte insecuta ex illo verbere illato dicto monacho de Sernay inculpabantur, fuerunt ipsi Jaquemetus et Gredelletus apud Gayum mancipati ducti, et post per aliquod temporis spacium reversi in Insulam Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus in articulo nominatus hinc Gebenn. se retraxit ubi moratus fuit circa quatuor annis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmisso decimo, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt inimici et malevolli<sup>b</sup> dictorum fratrum in articulo nominatorum et amicorum suorum, et plura mala tam opere quam verbo contra ipsos fratres et eorum parentum perquisierunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis XIII, XIII, XV et XVI articulis, dicit quod ipse qui loquitur non vidit dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum a X annis proxime et continue lapsis, quorum dicit se recordari et ipsum Anthonium novisse, nisi mercatorem ut

<sup>a</sup> articulum] *bis scr.*

<sup>b</sup> malevolli] *scr.*, malevovolli

est modo et coniugatum, et nunquam vidit nec scivit ipsum fore clericum locorum in articulo designatorum.

Super XVIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit, scivit nec dici audivit de dictis monachis<sup>a</sup> Sancti Victoris in articulo nominato contrarium contentorum in ipso articulo et quin ipsi fuerunt tales quales in ipso esse dicuntur articulo, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, XXIII et XXV, dicit quod dictus dominus Aymo Salanchi est et fuit advocatus in utraque curia Gebenn., videlicet <sup>[84v]</sup> seculari et spirituali, ad quem dominum Aymonem pluries affluunt pro consilio habendo et pro ipsis loquendo in dictis curiis Gebenn. diversis status. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis XXVII<sup>o</sup>, XXVIII<sup>o</sup>, XXIX<sup>o</sup>, XXX<sup>o</sup>, XXXI<sup>o</sup> et XXXII<sup>o</sup>, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt detenti et fuerunt capti propter offensam per ipsos illatam, dici audivit, monacho de Sernay quondam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto Jacobo Tromberti in articulo nominato quod ipse erat consanguineus dicti Johannis de Albergamentis in articulo nominati. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV articulo ipsarum intencionum interrogatus dicit se nichil scire.

Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX et XL, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay verberaverunt et vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum spacio XV annorum proxime et continue lapsorum quibus stetit hinc Gebenn. esse veram.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit rumorem in civitate Gebenn. in die descripta in ipso articulo, ut dici audivit, quod fuit rumor factus, nisi ille de quo modo loquimur.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

<sup>[85r]</sup> Item, Nycoletus Trufeti, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contensis meram dicere veritatem.

<sup>a</sup> monachis] *scr.* monacho

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et tercio articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis<sup>a</sup> ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, pretermissis VIII, IX, X, XI, XII, XIII, XIII<sup>o</sup>, articulis, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur est memorie XIII<sup>o</sup> annorum nuper et proxime lapsorum, spacio quorum non vidit nec dici audivit quin monachi Sancti Victoris qui pro tempore fuerunt fuissent veri, iusti, catholici, religiosi, Deo servientes et eorum religionem bene servantes et tenentes, honesti, pacifici et quieti, bene moriginati, honestam vitam tenentes, curiam domini vicedogni Gebenn. et ipsum dominum vicedognum et suorum officiariorum diligentes, nullum malum verbo nec facto eis facientes nec dicentes<sup>b</sup>, sed honorem et reverenciam in omni loco eis inferentes, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis XVI et XVII, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quod aliqui monachorum Sancti Victoris fecerunt aliquem excessum in civitate nec aliquam iniuriam alicui persone, ut dicit ipse qui loquitur.

Super XXVI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi in articulo nominatum pluribus vicibus in utraque curia Gebenn., tam seculari quam spirituali, advocantem pro gentibus que ipsum requiverant ut pro ipsis loquatur, et eciam plures personas vidit ad domum ipsius domini Aymonis pro suis negociis intrantes et exeuntes, ut dicit ipse qui loquitur.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmissis XXVII et XXVIII, dicit se nichil scire.

Super XXXIII, XXXIII<sup>o</sup> et XXXV articulis ipsarum intencionum interrogatus, precedentibus super quibus non fuit interrogatus pretermissis, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dicitur quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus sunt in culpa et dolo mortis dicti monachi, tamen ipse loquens nescit de vero an sint in dolo nec in culpa dicte mortis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod sicut in articulo continetur vidit uti a dictis badellis, nescit <sup>[85v]</sup> tamen si sic de jure vel consuetudine.

Super XLIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipse nichil scire quia non erat in villa illa die in articulo descripta.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, Mermetus Vullieti, pilliparius, burgensis Gebenn, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

<sup>a</sup> et VII<sup>o</sup> articulis] *om. a.c.*

<sup>b</sup> dicentes] *scr.*, decentes

Et primo, super primo et II<sup>do</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jacquemetus Tromberti et Gredelletus in articulo nominati, dum fuerunt in officio badellarie in hac villa Gebenn., pluries de suis voluntatibus adimpleverunt pretextu suorum officiorum, et quod comes nec rex poterat esse in maiori edia quam ipsi esse poterant, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant ratione et pretextu officii in quo erant multum superbi et plura faciebant opera quam alius non fuisset ausus facere.

Super IIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus erat et adhuc est coniugatus, et eo non obstante videbatur meretricari<sup>a</sup> alias mulieres. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, nisi illud quod supra dixit.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur tenuit in baptismo quendam puerum quem peperierat quedam ancilla Johannis Bertheti, burgensis Gebenn., hostellerii, amore dicti Gredelleti quia ipsa ancilla dicebat quod ipse puer erat dicto Gredelleto et ipsum puerum eidem Gredelleto dedit. Deinde, ipso puero mortuo, dictus Gredelletus, et quedam alia femina fuerunt in sepultura dicti pueri et sepulturam solverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus in articulo nominatus se retraxit hic Gebenn., <sup>[86r]</sup> nescit tamen per quo nec quare. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Anthonius de Versoya in articulo nominatus nunquam fuit clericus locorum Sancti Victoris nec Sancti Petri Gebenn. neque advocatus curie domini officialis, sed fuit mercator et mercandias insecutus fuit, ut dicit ipse qui loquitur.

Super XXVI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchie in articulo nominatum pluribus vicibus in curiis in articulo designatis advocando pro personis ipsum requirentibus, ut dicit.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a pluribus personis quorum non recordatur quod dictus Jaquemetus erat dicti locumtenentis castellani consanguineus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XLII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod spacio XL annorum proxime et continue lapsorum quorum dicit se recordari vidit quod badelli civitatis Gebenn. qui pro tempore fuerunt usi fuerunt portando enses vel gladios cum modico baculo manuali tantummodo, sine aliis arnesiis et armis.

<sup>a</sup> meretricari] *con.*, inimicari

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod non fuit alius rumor in civitate die vigillie beate Marie Magdalene nuper lapsa quem viderunt, sciverunt, ut dici audivit, nisi ille de quo in precedentibus articulis habetur mencio.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, odio, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

[86v] Item, Arsias de Ferro, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IV<sup>o</sup>, V<sup>o</sup> et VI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII articulo, VII<sup>o</sup> obmisso, interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit infra Insulam Gebenn. dictos Jaquemetum et Gredelletum inculpato de verberibus illato dicto monacho et nece insecuta. Deinde dici audivit quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus fuerunt ducti apud Gayum in castrum dicti loci. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit, ut dicit, dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum a XVII annis proxime lapsis, per quorum spacium non vidit nisi mercatorem mercandias ementem et vendentem nec ipsum umquam vidit clericum locorum in ipso articulo designatorum, nec dici audivit quod fuit usque nunc, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipsemet loquens cum ipso domino Aymone Salanchi habuit consilium super suo negocio et alios homines habere vidit; ipsumque dominum Aymonem vidit in curiis in articulo conscriptis pro personis ipsum requirentem advocantem, loquentem et allegantem eorum jura.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis articulis precedentibus super quibus non fuerit interrogatus obmissis, dicit quod ipse qui loquitur vidit, postquam dici audivit quod dictus monachus fuit lesus, dictos Jaquemetum et Gredelletum infra dictam Insulam, qui Jaquemetus et Gredeletus inculpabantur de dictis vulneribus eidem monacho illatis, et super ipsis delictis et verberibus fuerunt ipsi Jaquemetus et Gredelletus per castellanum et clericum curie domini vicedogni, presentibus procuratoribus et pluribus burgensibus civitatis Gebenn., examinati et interrogati, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.



Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ex voce et fama et auditu gentium <sup>[87r]</sup> ipsum articulum recensatum esse verum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVIII articulo ipsarum intencionum dicit quod ipse qui loquitur non<sup>a</sup> audivit quod aliquis rumor nec aliqua alia rixa fuissent ipsa die vigillie beate Marie Magdalene facta in civitate Gebenn., nisi ille vel illa de quo vel de qua sibi presencialiter sibi loquitur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum.

Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiliter dicitur et habetur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuerit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod justiciam.

Item, Ansermetus Pontassii, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup> et tertio articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus alienas tenebat et regebat uxores. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil <scire<sup>b</sup>>.

Super VI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit a XX<sup>ti</sup> annis nuper et proxime lapsis dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatus nisi mercatorem vendentem et ementem denariatas ut in articulo continetur, et non vidit ipsum esse clericum aliquorum locorum in ipso articulo designatorum.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulo nominati fuerunt detenti <sup>[87v]</sup> <in<sup>c</sup>>

<sup>a</sup> non] *scr.*, ut dici

<sup>b</sup> scire] *suppl. om.*

<sup>c</sup> in] *suppl. om.*

carceribus in Insulla Gebenn. pro facto dicti monachi de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super<sup>a</sup> XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredelleti fuerunt culpabiles de morte dicti monachi de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod spacio XXX annorum proxime et continue lapsorum, quorum spacio moratus fuit hic Gebenn., non vidit aliquem badellum qui pro tempore fuit in dicta villa nisi gladium vel ense cum parvo baculo in manu ipsorum officiando, nisi foret excessus, in villa portare. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non audivit dici quod ipsa die vigillie beate Marie Magdalene nuper lapsa fuerit factus aliquis excessus in villa Gebenn., nisi excessus dicto monacho de Sernay illatus.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Interrogatus quid est fama, dicit quod nescit.

Interrogatus prece, precio, odio, dono, amore, rumore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus ad sit ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola<sup>b</sup> et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit in hac causa, dicit quod non aliquam nisi justiciam.

Item, Guillermus Sablon, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et tertio articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jaquemetus et Gredelletus existentes in officio suo badellarie ibant frequenter ad tabernas et quod erant rudes in eorum officio. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super III<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Jaquemetus Tromberti coniugatus habuit unum puerum a quadam alia muliere quam a sua uxore. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto articulo interrogatus, dicit se nichil <sup>[88r]</sup> scire.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Petrus Gredelleti fuit captus in Burgo in Breysia. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> Super] *bis scr.*

<sup>b</sup> sola] *scr.*, solo

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulo nominatos in Sancto Gervasio quando ducebantur Gayum per castellanum Gay et alios officiarum, et dici audivit quod erat hac de causa qua in articulo dicitur. Et inde, post aliquod temporis spacium, dici audivit quod fuerunt reversi infra Insulam in qua sunt de presenti, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit a XII annis proxime et continue lapsis dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum spacio quorum fuit mercator et coniugatus, et nunquam ipsum vidit clericum nec advocatum locorum in articulo descriptorum.

Super XXVI articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit in utraque curia in articulo descripta dictum dominum Aymonem Salanchi advocantem et loquentem pro illis qui ipsum querebant ut loqueretur.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLII articulo interrogatus, dicit quod ipse loquens vidit quod badelli Gebenn. non portabant per villam de die nisi unum gladium vel unum ensem cum clippeo et uno parvo baculo.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Nescit quid sit fama.

Item, Andrinetus de Bernay, burgensis Gebenn., condurerius, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> et IV<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum Gredelletum tenentem et regentem unam mulierem. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super quinto articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod pro eo quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus inculpabantur dictum monachum verberasse et lesisse fuerunt capti et in Insula detenti et inde apud Gaium captivi ducti, quos eciam infra dictam Insulam vidit mancipatos. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super nono <sup>[88v]</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur audivit quadam die circa tempus<sup>a</sup> in articulo declaratum, in Ripperia hic Gebenn., dictum

<sup>a</sup> tempus] scilicet, presens

Jaquemetum Tromberti in articulo nominatum habentem verba injuriosa et minatoria cum domino Aymone Salanchie et Johanne ejus fratre. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis precedenti bus super quibus non fuit interrogatus pretermisiss, dicit ipsum articulum esse verum spacio XX<sup>ti</sup> annorum proxime et continue lapsorum, spacio quorum dicit se novisse dominum Anthonium de Versoya mercatorem et coniugatum et nunquam clericum aliquorum locorum in articulo descriptorum.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salachie in utraque curia hujus ville advocantem et eloquente pro gentibus que<sup>a</sup> ipsum requirebant, ut dicit.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur credit ipsos Jacquemetum et Gredelletum in articulo nominatus fore detentos in Insula. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur audivit et presens fuit in Insulla Gebenn. cum burgensibus, procuratoribus et castellano et clerico curie domini vicedogni quando dicti Jacquemetus et Gredelletus fuerunt interrogati super verberibus illatis dicto monacho et super morte insecuta. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse loquens dici audivit dictos Jacquemetus et Gredelletum esse inculpato<sup>b</sup>s de morte dicti monachi. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit, domino Richardo de Virier existente videdogno Gebenn., qui badelli qui pro tunc erant non portabant nisi dumtaxat unum baculum in manu sua in signum cognicionis dominacionis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit quod ipsa die in articulo descripta fuit aliqua rixa mota nec facta in civitate nisi illa de qua modo loquitur, videlicet de monacho de Sernay.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Interrogatus quid est fama, dicit quod nescit.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Guillelmus de Sancto Jorio, domicellus, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, <sup>[89r]</sup> dicit quod dici audivit quod dictus Jacquemetus Tromberti monachum de Sernay vulneravit, dictusque<sup>c</sup> Gredelletus aliquas innormitates in hac villa Gebenn., gentes pignorando et ipsa pignora non reddendo, fecit.

<sup>a</sup> que] quem *a.c.*

<sup>b</sup> inculpato<sup>s</sup>] *scr.*, inculpa

<sup>c</sup> dictusque] *scr.*, dittus que

Super II<sup>o</sup> et III<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>o</sup> articulo dicit se nichil scire.

Super quinto articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse quod multe gentes de ipso Gredelleto in articulo nominato conquerebantur, ipseque Gredelletus luxuriose vivebat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>mo</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmisso VI<sup>o</sup> articulo, dicit se nichil scire.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo, precedentibus articulis super quibus non fuit interrogatus obmissis, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de monachis in articulo nominatis.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi in articulo nominatum in utraque curia huius civitatis advocantem et loquentem pro gentibus ipsum requirentibus, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de monacho in ipso nominato.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod contenta in ipso articulo fieri et observari vidit in civitate Gebenn. a XL<sup>ta</sup> annis proxime et continue lapsis citra quibus dicit se recordari.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuerit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Franciscus Veygier, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Jaquemetus Tromberti in ipso articulo nominatus, antequam venisset moraturus Gebenn., erat homo lusor frequentans tabernas, <sup>[89v]</sup> nichilque sibi dimittebat ad ludendum, nec non dici audivit quod dictus Gredelletus erat latro. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>o</sup> et tertio articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse deponens audivit dici a dicto Petro Gredellet in articulo nominato quod ipse Petrus in partibus suis Burgi in Breysia interfecit quendam nomine custodiendo quendam fortalliciam pro magistro suo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis pretermissis super quibus non fuit interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quod monachi Sancti Victoris moderni, nec qui pro tempore fuerunt, fecerunt aliquem excessum nec graves iniurias aliquibus officiariis curie domini vicedogni Gebenn., sed pacifice et quiete et sine armis per dictam villam Gebenn. iverunt et steterunt, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis pretermissis super quibus non fuit<sup>a</sup> interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi in articulo nominatum insequentem utramque curiam civitatis Gebenn. tam secularem quam spirituales pro personis ipsum requirentibus allegando et advocando, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur novit a XIII<sup>cem</sup> annis proxime et continue lapsis quorum dicit se recordari dictum dominum Petrum de Sernay in articulo nominatum hominem bone vite, bone conversacionis et honeste, bonum religiosum, catholicum, sacerdotem mansuetum, quietum et pacificum, quastum<sup>b</sup>, sobrium et moderatum, devotum et bene morigenatum et nunquam audivit nec vidit contrarium de dicto monacho.

Super XLI articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis obmissis super quibus non fuit<sup>c</sup> interrogatus, dicit quod ipsi Jaquemetus et Petrus dicuntur communiter esse in culpa vulnerum illatorum dicto monacho ac etiam de morte insecuta, ut dici audivit communiter in villa et civitate Gebenn. a multis personis quorum nomina non recordatur, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a XIII<sup>cem</sup> annis proxime et continue lapsis, spacio quorum vidit contenta in articulo observari in civitate Gebenn., nec vidit nec dici audivit contrarium nisi aliquando in nundenis dicte civitatis.

<sup>[90r]</sup> Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod nescit.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, odio, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod diligit rationem.

<sup>a</sup> fuit] *om. a.c.*

<sup>b</sup> quastum] *lege castum*

<sup>c</sup> fuit] *om. a.c.*

Item, Francesca, uxor Ansermeti Pontasii, testis producta, iuravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et tercio articulis interrogata, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogata dicit quod ipsa que loquitur dici audivit quod dictus Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus regebat quamdam extraneam mulierem pro qua pravum tempus gerebat uxori sue. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto et VI<sup>o</sup> articulis interrogata dicit quod ipsa loquens dici audivit quod dictus Gredelletus in articulo nominatus erat male vite, et quod quandam alium hominem interfecerat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogata dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt ducti apud Gayum incarcerati. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogata dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit quod ipsa que loquitur non vidit, jam sunt XX<sup>ti</sup> anni lapsi, dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum nisi mercatorem et pro majori parte<sup>a</sup> temporis uxoratum, nec ipsum Anthonium vidit clericum locorum Sanctorum Victoris et Petri de Gebenn. ante nec post dictos XX<sup>ti</sup> annos.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogata dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant quasi duodecem homines pro offendendo dicto monacho. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit se nichil scire.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogata dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogata<sup>[90v]</sup> dicit quod dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus et sui secaces dictum monachum verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogata dicit ipsum articulum esse verum.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit quod ipsa que loquitur non dici audivit quod fuit aliquis rumor in civitate die in articulo descripta, nisi ille de quo habetur mencio in presentibus intencionibus.

Super articulo de voce et fama interrogata, dicit esse veram de depositis per ipsam. Interrogata quid est fama, dicit quod fama est quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt et quod ex illis vulneribus fuit mortuus.

Interrogata si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructa, et cet., sic ipsum feredum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogata quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

<sup>a</sup> parte] *om. a.c.*

<sup>[91r]</sup> Item, Perroneta, uxor Francisci de Cruce, burgensis Gebenn., testis producta<sup>a</sup>, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, tercio III<sup>to</sup> et quinto articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit se dici audivisse dictum Gredelletum perpetrasse malum opus versus domum suam, propter quod non audebat reverti ad propriam patriam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, obmisso VII<sup>to</sup> articulo, dicit se dici audivisse contenta in ipso esse vera.

Super<sup>b</sup> IX<sup>to</sup> et XI<sup>to</sup> articulis, obmisso X<sup>to</sup>, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit ipsum articulum spacio XVIII<sup>to</sup> annorum proxime lapsorum quorum dicit se recordari esse verum.

Super XXVI<sup>to</sup> articulo interrogata dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII<sup>to</sup>, aliis articulis pretermisissis super quibus non fuerit interrogata, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo interrogata dicit se dici audivisse dictum Jaquemetum esse consobrinum seu consanguineum dicti Johannis de Albergamento<sup>c</sup>. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV<sup>to</sup> articulo interrogata dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredellet ipsum monachum de Sernay vulneraverunt<sup>d</sup>. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit se nichil scire.

Super XLIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata dicit quod die in articulo contenta nescivit nec dici audivit in civitate Gebenn. Aliquem rumorem fuisse, nisi rumorem de quo agitur ex auditu.

<sup>[91v]</sup> Super articulo de voce et fama interrogata, dicit quod fama est et laborat quod ipsi Jaquemetus et Petrus dictum monachum de Sernay vulneraverunt et verberaverunt.

Interrogata si prece, precio, amore, timore, favore, odio sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructa<sup>e</sup> informata, subornata, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogata quam partem prediligit, dicit quod justiciam.

Item, Petrus Servent de Bardunex, suctor, burgensis Gebenn., testis productus, juratus, interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum

<sup>a</sup> producta] *scr.* produta

<sup>b</sup> Super] *bis scr.*

<sup>c</sup> Albergamento] *scr.* Abbergamento

<sup>d</sup> vulneraverunt] *scr.* vulnerarunt

<sup>e</sup> instructa] *scr.* instruta



commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>to</sup>, et VI<sup>to</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, excepto quod dici audivit dictum Gredelletum perpetrasse in suis partibus opus seu factum propter quod non est ausus ire nec reverti ad ipsius loca propria.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum infra Insulam Gebenn. in qua se, ut dici audivit, retrasserunt quando dictum monachum vulneraverunt; quodque etiam dici audivit, ut dicit, quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus fuerunt ducti apud Gaium. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis articulis pretermisissis super quibus non fuit interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur custodiebat claves domus dicte domine Yolande in articulo <sup>[92r]</sup> nominate, ipsa ab ipsa<sup>a</sup> absente, in qua domo, tempore contento in ipso articulo, vinum non vendebatur nec ante nec post per magnum tempus venditum.

Super aliis articulis sequentibus ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, sed se refert ad dictum suum quod dixit in articulis inquisicionalibus.

Item, Petrus Gachet de Antier, burgensis Gebenn., testis productus<sup>b</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus supra dictis intencionibus meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod audivit dici quod dictus Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus tenuit et tenebat quandam mulierem sibi non disponatam, non obstante uxor sua propria disponata. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod ipse loquens vidit dictum Petrum Gredelletum in articulo nominatum tenentem mulieres sibi non disponatas. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit quod dici audivit quod dictus Gredelletus perpetraverat quoddam malifficium in partibus suis pro quo non erat auxus reverti ad sua propria. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super IX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse a pluribus gentibus, de quorum nominibus non recordatur, contenta in ipso articulo esse vera.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se <sup>[92v]</sup> nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a septem annis quibus moratus fuit Gebenn., ut dicit.

<sup>a</sup> ab ipsa] *con.*, a presentia

<sup>b</sup> productus] *scr.* produtus

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit ab uno anno cum dimidio citra dictum dominum Aymonem in articulo nominatum sequentem ambas curias in articulo designatas, advocando pro gentibus ipsum requirentibus.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse communiter et vulgabiler in civitate Gebenn., contenta in ipso articulo fore vera.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit<sup>a</sup> ut in precedenti articulo.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsorum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum ab octo annis citra, quia sic vidit uti et observari in civitate Gebenn.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod nescivit nec dici audivit aliquem rumorem nec aliquam rixam fuisse in civitate Gebenn. die in articulo descripta, nisi illum rumorem de quo mentio habetur in presenti causa, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse faman de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, odio, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>b</sup>, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

[93<sup>a</sup>] Item, Aymonetus Barberii, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum ex auditu esse verum.

Super secundo et III<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum ex auditu esse verum.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a XXX<sup>ta</sup> annis proxime et continue lapsis citra quibus novit dictum Anthonium<sup>c</sup> in articulo nominatum, ut dicit.

Super XXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum ex auditu esse verum.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod vidit dictum dominum Aymone in articulo nominatum advocantem pro personis ipsum requirentibus in ambabus curiis in ipso articulo designatis ab uno anno proxime et continue lapso.

<sup>a</sup> dicit] *om. a.c.*

<sup>b</sup> instructus] *scr. instrutus*

<sup>c</sup> Anthonium] *om. a.c.*

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis precedentibus super quibus non fuit interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredellet sunt et steterunt detenti et confinati in Insulla Gebenn. pro delicto perpetrato de quibus agitur, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum ex auditu esse verum.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum quia sic ut in articulo continetur vidit observari in civitate Gebenn. a XL<sup>ta</sup> annis proxime et continue lapsis citra de quibus dicit se memoriam habere.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod non scivit nec dici audivit aliquam rixam nec brigam fuisse in civitate Gebenn. die in articulo descripta, nisi illam de quibus in presenti<sup>a</sup> causa agitur, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid<sup>b</sup> est fama, dicit quod nescit.

Interrogatus si prece<sup>c</sup>, precio, amore, timore, et cet.. sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, subornatus, appensatus ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam parte prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

[93v] Item, Johannes Bon Johant, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod pluries vidit dictos Jaquemetum et Petrum Gredellet in articulo nominatos in taberna sua dum vendebat ipse loquens vinum bibentes. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Petrus in articulo nominatus tenebat et tenuit mulieres non sibi desponsatas, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum ex auditu esse verum.

Super IX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod audivit dici quod dicti Petrus et Jaquemetus in articulo nominati erant malivales et inimici dictorum fratrum in articulo nominatorum, et quod inter se habuerunt rixam et riotaz. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a XX<sup>ti</sup> annis proxime et continue lapsis citra quibus novit dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum, ut dicit.

<sup>a</sup> presenti] *scr.*, pnti

<sup>b</sup> quid] *scr.* qui

<sup>c</sup> prece] *bis scr.*

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod vidit dictum dominum Aymonem Salanchie in articulo nominatum advocantem in ambabus curiis <ut<sup>a</sup>> in articulo contentur, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse quod propter huiusmodi delictum dicti Jaquemetus et Petrus fuerunt in Insula Gebenn. detenti et incarcerati et audivit et presens fuit quando Johannes Escuerii, olim clericus Gebenn., dictis incarceratis legit processum per ipsum propter huiusmodi debatum in eos Jaquemetum et Petrum formatum, ut dicit.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dici audivit ante rixam de qua agitur dicti Johannes de Albergamentis et Jaquemetus in articulo nominati erant et se gerebant parentes et consanguinei, ut dicit.

Super XXXV<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod in civitate Gebennarum et alibi<sup>b</sup> communiter et vulgabiliter dicitur quod dicti Jaquemetus et Petrus in articulo nominati sunt et fuerunt in culpa de contentis in processu contra ipsos per Girardum Perrussodi facto, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod vidit a XX<sup>ti</sup> annis proxime lapsis citra badellos civitatis Gebenn. portantes enses vel gladios cum baculo tantum, sine aliis armis apparentibus, et sic vidit observari per tempus supradictum, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod non scivit nec dici audivit aliquam rixam fuisse in civitate Gebenn. die in articulo contenta, nisi rixam de qua agitur in presenti causa, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, <sup>[94r]</sup> dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, amore, odio, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Petrus de Busco de Ver, burgensis Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit se nichil <scire<sup>c</sup>>.

Super II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> ut] *suppl. om.*

<sup>b</sup> et alibi] *om. a.c.*

<sup>c</sup> scire] *suppl. om.*

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi quod ipse qui loquitur dici audivit a Johanne de Vallone quod dictus dominus Aymo Salanchie erat consanguineus dicti domini Petri de Sernay.

Super XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>toa</sup>, XV<sup>to</sup> et XVI<sup>tob</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum, a XVIII annis proxime continue lapsis citra de quibus noverit, ut dicit, dictum Anthonium in articulo nominatum, talem qualem esse dicitur in ipso articulo esse verum.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, aliis precedentibus articulis super quibus non fuit interrogatus pretermisissis, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod eidem loquenti videbatur quod dictus dominus Petrus de Sernay in articulo nominatus fuisse tempore sue mortis talis qualis in ipso dicitur esse articulo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, nisi dicti badelli essent pro facto domini acturi et negociaturi.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, quia non erat ipsa die in civitate Gebenn.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>c</sup>, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi quod pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod non plus unam quam aliam.

[<sup>94v</sup>] Item, Hudriodus Heremite, burgensis Gebenn., testis productus<sup>d</sup>, juratus, inter rogatus et diligenter examinatus per me jam dictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredelet in articulo nominati propter huiusmodi delictum et maleficiu sunt et fuerunt detenti et incarcerati ac confinati in Insulla Gebenn., in qua Insulla ipse loquens fuit presens quando ipsi fuerunt super processu examinati, et dici audivit quod fuerunt apud Gaium ducti. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, et XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, obmisso X<sup>o</sup>, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> XIII<sup>to</sup>] et *add.*

<sup>b</sup> et XVI<sup>to</sup>] *om. a.c.*

<sup>c</sup> instructus] *scr.* instrutus

<sup>d</sup> productus] *scr.* produtus

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a VII<sup>tem</sup> annis proxime et continue lapsis quibus novit dictum Anthonium in articulo nominatum, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia ipsemet loquens vidit ut in articulo continetur.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ex mero officio curie domini vicedogni Gebenn. contra dictos incarceratos fuit formatus et factus processus, nescit tamen quo istigatore. Interrogatus qualiter scit quod fuit factus dictus processus, dicit quod fuit presens in sua responsione in Insula, ut supra dixit.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse ab ancilla que moratur domi ipsius loquentis quod dicti Johannes de Albergamentis et Jaquemetus in articulo nominati sunt consanguinei et parentes.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dicti inquisiti sunt defamati de contentis in inquisitione de qua ibidem fit mentio.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus dicit ipsum articulum esse verum a VII<sup>tem</sup> annis proxime continue lapsis quibus moratus fuit Gebenn., ut dicit, sic observari vidisse in dicta civitate.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod nescivit aliquam rixiam fuisse Gebenn. dicta die in articulo contenta, nisi illam quam dici audivit fuisse factam. Aliud nescit de contentis in articulo, ut dicit.

Super <sup>[95r]</sup> articulo de voce et fama interrogatus, dicit famam esse de depositis per ipsum et fama contra ipsos laborat quod libenter frequentabant et ibant ad tabernas et quod castellanus et clericus pro tunc existentes erant in ipsorum favorem.

Interrogatus si prece, precio, amore, odio, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Perroneta, uxor Mermeti de Saugey, carpentatoris, burgensis Gebenn., testis producta<sup>a</sup>, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super decimo articulo, obmissis precedentibus articulis intencionum predictarum super quibus non fuit interrogata, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur quadam nocte circa tempus in articulo descriptum exivit domum suam in qua conversabatur et morabatur cum una candela in manu sua incensa pro fondendo aquam, et tunc ipsa loquens fondendo aquam audivit proclamari focum per dictum Petrum Salanchii fratrem dicti domini Aymonis, ad quem clamorem ipsa ivit et invenit dictos Jacquemetum et Petrum Gredelet in articulo nominatos existentes ante domum habitationis dicti Petri Salanchi, quem Jacquemetum ipsa loquens ipsum Jacquemetum castigando, sibi dixit: ‘tibi esset honorabilior fore et esse cum uxore tua quam hic’. Qui Jacquemetus respondit:

<sup>a</sup> producta] *scr.*, producta

'hic sunt due ribarde que nos assignaverunt ; ipse habebunt malam noctem'. Quem Jacquemetum ipsa loquens per brachia cepit et ipsum inferius per dictam careriam duxit usque econtra domum dicti Confignyons in qua ipsa nocte morabatur. Qui Jacquemetus recessit usque econtra capellam Nostre Domine et ipsum Jacquemetum secute fuerunt amasiam dicti Petri Salanchy et quedam alia vetula, quam amasiam dictus Jacquemetus de una alappa percussit uno ictu<sup>a</sup>, ut dicit.

Super aliis sequentibus articulis ipsarum intentionum interrogata, dicit se nichil scire, nisi quod dicti Jacquemetus et Petrus Gredellet dictum monachum de Sernay vulneraverunt. <sup>[95v]</sup> Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit licet fuit diligenter examinata, ut dicit.

Interrogata si prece, precio, amore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructa, informata, subornata<sup>b</sup>, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Hugoneta, uxor Stephani Maczonis, burgensis Gebenn., testis producta<sup>c</sup>, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit se dici audivisse die crastino noctis in<sup>d</sup> ipso articulo descripte quod quedam gentes ipsa nocte precedenti inter se brigaverunt. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

Item, Henricus Tissot de Versoya, habitator de Gebenn., testis productus<sup>e</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, et XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse loquens erat nocte in articulo descripta cubare in lecto suo, in quo clamare audivit focum et prohibere unum lapidem, et dici audivit ab uxore sua quod ipsi Jacquemetus et Petrus Gredellet intraverunt domum ipsam Petri Salanchie, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>f</sup>, informatus ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

<sup>[96r]</sup> Item, Guillelmus Vualaurens, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super decimo articulo ipsarum intentionum per me jamdictum commissarium.

<sup>a</sup> ictu] *scr.*, itu

<sup>b</sup> instructa, informata, subornata] *scr.*, instrutus, informatus, subornatus

<sup>c</sup> producta] *scr.*, produta

<sup>d</sup> in] *om. a.c.*

<sup>e</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>f</sup> instructus] *scr.*, intructus

Super quo dicit se dici audivisse quod fuit tappatum et clamatum nocte in ipso articulo descripta in domo dicti Petri Salanchy in articulo nominati, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, licet fuit diligenter examinatus.

Item, Ansermetus Jolay, de Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus<sup>a</sup> et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super decimo articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis precedentibus, deponit et dicit se tantum scire, videlicet quod quadam nocte, circa tempus in articulo descriptum, ipse loquens erat in quodam citurno domus Johannis de Nanco in quo tunc morabatur, ex quo audivit rumorem in carreria et prohibere lapides, et tunc exivit et vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum venientes de damont inferius per carreriam magnam, et sederunt ante domum in qua habitabat ipse loquens, qui Gredelletus dicebat: 'vadamus nos vindicatum: ipsa me crepuit caput'. Et dictus Jaquemetus dicebat et respondebat: 'non modo, ad cras totum'; nescit tamen de quo dicebant, et tunc descenderunt inferius. Et in crastinum fuerunt visi ictus lapidum et iactus in fenestris et portis domus dicti Petri Salanchi. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum.

Interrogatus si prece, precio, amore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda, ut dicit.

Item, Agnes, uxor Petri Fansonay, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super ipso decimo articulo ipsarum intencionum interrogata.

Super quo dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur audivit quadam nocte, circa tempus in ipso articulo descriptum, quasdam mulieres orgigantes cum dictis Jaquemeto et Petro Gredellet badellis, et etiam audivit ibidem prope tabussier. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

[96v] Item, Beatrixia, uxor Petri Saridodi, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super decimo articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit quod quadam nocte, circa dictum tempus in articulo descriptum, <audivit<sup>b</sup>> aliquos circa domum in articulo designatam orgigantes et rumorem facentes, tamen nescit qui erant, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, nisi quod dici audivit quod dictus monachus de Sernay fuit lesus, nescit de quibus, ut dicit.

Item, Petrus Fansonay, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super decimo articulo ipsarum intencionum<sup>c</sup>, aliis pretermissis, dicit se tantum scire super ipso decimo articulo,

<sup>a</sup> intencionibus] *scr.*, intentonibus

<sup>b</sup> audivit] *suppl. om.*

<sup>c</sup> intencionum] *scr.*, intenconum



videlicet quod ipse loquens quadam nocte, circa tempus in articulo descriptum, erat cubare in suo lecto, in quo audivit tabussier, et lapides prohicere per carreriam, nescit tamen pro quo nec quid hoc faciebat, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, nec etiam de contentis in dictis intencionibus, ut dicit.

Item, Petrus Monthions, de Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup> quinto et VI<sup>o</sup> ipsarum intencionum<sup>a</sup> interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dictus Petrus Gredellet in articulo nominatus est et diu fuit homo male vite, male fame et male conversationis. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur stetit in partibus Breyssie unde dictus Gredelletus fuerit oriendus, ut dicebat, et quando dictus loquens hic Gebenn. audiverat dici quod ipse Petrus Gredelleti erat ita male vite et male fame, ipse loquens se voluit informare apud Burgum cum pluribus burgensibus dicti loci de Burgo, qui eidem loquenti dixerunt quod Petrus Gredelleti erat unus pravus homo de pluribus delictis in partibus Breyssie defamatus et inculpatus ex quibus patriam Breysie<sup>b</sup> absentaverat et se hic Gebenn. retraxerat, in quibusquidem locis dictus Gredelletus ex tunc fuit et est de premissis et nonnullis aliis delictis <sup>[97r]</sup> per ipsum perpetratis in civitate Gebenn. deffamatus. Et ita se habet vox et fama inter notos et vicinos in dictis locis, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum<sup>c</sup> intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XL et XLI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XLII articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum spatio XL<sup>ta</sup> annorum proxime lapsorum quorum dicit se recordari.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

<sup>a</sup> intencionum] *scr.*, intencionum

<sup>b</sup> defamatus et inculpatus ex quibus patriam Breysie] *om. a.c.*

<sup>c</sup> ipsarum] *scr.*, iparum

Item, Petrus Grillion, barbitonsor, habitator de Burgo Foris Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis particulariter et divisim meram dicere veritatem.

Et primo, super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmissis precedentibus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur medens fuit cum aliis in articulo nominatis dicto monacho de Sernay vulnerato, qui monachus, dum stetit infirmus, obedivit et paruit medicis et eorum mandatis in bibendo, comedendo, levando, jaccendo et alia que in articulo continentur, faciendo de jussu et mandato suorum medicorum, ut dicit.

Super XXX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod vulnus dicto monacho de Sernay illatum et factum in capite supra aurem senestram erat mortale secundum iudicium cuiuslibet experti in arte vulnerum, et iudicavit ipse loquens ipsum vulnus esse mortale; et dicit ulterius quod alia vulnera dicto monacho illata propter iram et dolorem digiti medii manus dicti monachi amputati effecta fuerunt mortalia. Aliud nescit de contentis <sup>[97v]</sup> in ipso articulo, nisi illud quod supra dixit.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse a dicto monacho pluries in sua infirmitate existente contenta in ipso articulo esse vera, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligat, dicit quod quamlibet equaliter.

Item, Petrus de Chanit, habitator de Calvomonte, testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionibus interrogatus, obmissis precedentibus articulis, dicit se tantum scire, videlicet quod Johannes Salanchi in articulo nominatus fuit coniugatus apud Pessey in mandamento de Claromonte, ubi stetit et conversatus fuit et domicillium suum tenuit cum uxore sua in ipso articulo nominata a XII<sup>cem</sup> annis proxime et continue lapsis citra, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quod communiter dicitur, quod fama est de depositis per ipsum.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Petrus Peytouz de Chomont, testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Johannes Salanchi in ipso articulo nominatus stetit et domicilium suum fecit et contraxit a duodecem annis proxime lapsis citra, coniugatus cum uxore

sua, in villa et mandamento in ipso articulo designatis, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

<sup>[98r]</sup> Item, Perretus Magnini, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis fore vera.

Super III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit a quadam muliere cuius nomen ignorat quod ipsa mulier duos habuerat liberos a dicto Jaquemeto, dictusque Gredelletus tenebat, vel habebat nomen tenere, mulieres communes immaritatas. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super quinto et VI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmisso VII<sup>o</sup>, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit ipsos Jaquemetum et Gredelletum infra Insulam Gebenn. detentos, de quibus dici audivit quod propter rixam habitam cum monacho de Sernay erant detenti infra dictam Insulam; postque dici audivit quod fuerunt ducti apud Gayum ex eadem causa. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI articulo ipsarum intencionum interrogatus, obmissis IX<sup>o</sup> et X<sup>o</sup>, dicit quod pro quadam terra sororis ipsorum fratrum Salanchi removenda ipsi Jaquemetus et Gredelletus cum dicto domino Aymone Salanchi habuerunt verba displicencia et iniuriosa. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur moratus fuisset Gebenn. IX annis proxime et nuper lapsis, quorum spacio vidit dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum esse mercatorem et coniugatum, emendo et vendendo denariatas et mercandias, et nunquam vidit ipsum advocatum nec clericum alicuius loci in articulo designati, nec dici audivit quod fuit.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem in articulo nominatum in utraque curia huius civitatis advocantem pro gentibus ipsum requirentibus et factum in dictis curiis habentibus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dici audivit quod Johannes Escuerii tunc erat clericus vicedogni Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo <sup>[98v]</sup> ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay in articulo nominatum vulneraverunt et verberaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a IX annis proxime et continue lapsis quibus stetit Gebenn., ubi sic vidit observari in dicta civitate, exceptis in nundenis, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod non recordatur quod fuit illa die Gebenn. aliqua rixa.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, odio, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Petrus Stabulo, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem. Super quibus omnibus et singulis dicit se nichil scire, licet fuit diligenter examinatus, quia erat, ut dicit, apud Balleysonem.

Item, Girarda, relicta dicti Balli Millet, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur quadam nocte, circa tempus in ipso articulo descriptum, erat cubare in suo lecto, a quo audivit proclamari forcridum, et tunc surrexit a lecto. Postquam dici audivit quod erant Jaquemetus Tromberti et Petrus Gredellet qui volebant intrare infra domum dicti Petri Salanchi. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

[99r] Item, Mermeta, uxor Stephani Fornerii burgensis Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et aliis articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire quia erat<sup>a</sup> cubare nocte de qua mencio habetur in decimo articulo, ut dicit.

Item, Jaquemetus Fornerii, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse loquens, nocte in articulo designata, audivit fieri bruyt, tamen nescit quis faciebat, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis.

<sup>a</sup> erat] *scr.*, erant

Super aliis articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi quod audivit dici quod dicti Jaquemetus et Petrus ipsum monachum de Sernay vulneraverunt, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

Item, Perroneta, uxor dicti Jaquementi Fornerii, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> et XII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire.

Super aliis articulis interrogata, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay vulneraverunt, et quod ratione illius sunt in Insula Gebenn. detenti et capti. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Item, Roletus Fontanelli, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti <sup>[99v]</sup> Jaquemetus et Petrus Gredellet in articulo nominati, die contenta in ipso articulo, cum dicto domino Aymone habuerunt aliqua verba maliciosa. Aliud nescit de contentis in dictis intencionibus, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda, ut dicit.

Item, Perroneta, relictæ Andree Grieria, testis producta<sup>a</sup>, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, aliis articulis precedentibus pretermisiss, dicit se nichil scire.

Super aliis sequentibus articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire, nisi ex auditu.

Item, Hugoneta, uxor Vicencii Chrochon de Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Super quibus intencionibus dicit se nichil scire, nisi quod audivit dici quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in ipsis intencionibus nominatis ipsum monachum de Sernay verberaverunt die vigillie beate Marie Magdalene, ut dicit.

Item, Mermetus de Cretes, condurerius, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem .

<sup>a</sup> producta] *scr.*, productus

Et primo, super XIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis articulis precedentibus pretermissis, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur audivit dici quod <sup>[100r]</sup> dictus Jaquemetus in articulo nominatus, die in articulo descripta, dictum dominum Aymonem Salanchi pretereuntem et venientem de ponte Rodani versus domum suam tendendo alludiit seu ultavit de spatula per Ripperiam Gebenn. transseuntem. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, nisi illud quod in processu inquisicionali alias deposuit, ad quod se refert, ut dicit.

Item, Johannes, filius Mermeti de Cretes, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem. Super quibus dicit se nichil scire, ut dicit.

Item, Jaquemetus Mazon de Gez, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> et aliis articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse quod inter dictos Jaquemetum, Petrum et monachum de Sernay simul preliati fuerunt, ratione cuius preliacionis dicti Jaquemetus et Petrus sunt in Insula detenti et confinati. Et nisi preliati fuissent, non fuissent in Insula detenti nec confinati. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit.

Item, Stephanus Fornerii, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, <sup>[100v]</sup> super X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super aliis articulis precedentibus et sequentibus dicit se nichil scire, nisi ex auditu.

Item, Johannes Clarmont, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis articulis precedentibus pretermissis, dicit se nichil scire.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo Salanchi in articulo nominatus insecutus fuit factum inquisicionis contra dictos Jaquemetum et Petrum facte pro morte<sup>a</sup> et parte dicti monachi quantum potuit, nescit tamen si ante vel post reformationem dicte inquisicionis in ipso articulo descriptam, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

<sup>a</sup> morte] *con.*

Item, Roletus Basseti, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et aliquibus articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super III<sup>to</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, et etiam super quinto, aliis articulis precedentibus obmissis, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredellet in ipsis articulis nominati erant ribardi et luxuriosi, ut dici audivit, et quod multotiens ibant et ire consueverant de nocte hora suspecta per villam, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse <sup>[101r]</sup> contenta in ipso articulo fore vera.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a dictis fratribus in articulo nominatis contenta in ipso articulo esse vera.

Super XII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a dicto monacho quod ipse monachus et fratres in ipso articulo nominati erant parentes et consanguinei.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Petrus dixerunt multas iniurias dicto domino Aymone in ipso articulo nominato.

Super XIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur, die jovis ante vigilliam beate Marie Magdalene nuper lapse, vidit in Ripparia Gebenn., inter domos Johannis de Vuachio et Francisci de Stabulo, dictos Jaquemetum Tromberti et Petrum Gredelleti in articulo nominatos ultantes et de spatula et percutientes dominum Aymonem Salanchi in ipso articulo nominatum cum eius fratre euntem, quodque verba in articulo contenta contra dictos fratres dicentes et proferentes, et ulterius dixerunt dictis fratribus : « methency vous vinyez se vous nec viny », ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum spacio XVI annorum proxime et continue lapsis quibus moratus fuit Gebenn., ut dicit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipsorum articulorum de advocatis et clericis in ipso articulo nominatis quin fuerunt tales quales in ipso describuntur<sup>a</sup> articulo.

Super XVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum a tempore supradicto esse verum.

Super XVIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de nominatis monachis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia nunquam vidit contrarium contentorum in ipso articulo de dicto domino Aymone Salanchi quin fuit et steterit hic Gebenn. tempore in ipso articulo designato talis qualis in <sup>[101v]</sup> ipso dicitur esse articulo.

<sup>a</sup> describuntur] scribuntur

Super XXII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum, pretermisso XXI, interrogatus, dicit se tantum scire quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quin dicti dominus Aymo et Johannes Salanchi fuerunt homines boni, iusti, pacifici et quieti et quin ipsi fuerunt se astinentes a rixis et inpresis contra homines faciendis, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a dicto monacho de Sernay quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredelleti ipsum monachum egredientem de domo dicti domini Aymonis pacifice et quiete aggressi fuerunt armati, et ipsum taliter qualiter erat vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo dicit se tantum scire, videlicet <quod<sup>a</sup>> dictum dominum Aymonem in ipso articulo nominatum esse et fuisse a tempore de quo supra deposuit advocatum in utraque curia Gebenn. tam seculari quam spirituali, ad quem dominum Aymonem, ut dici audivit a dicto monacho, ipse monachus pro suis negociis peragendis ipsa die in articulo designata iverat. Aliud nescit.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod quidam homo qui vocatur Ruty habebat in pignore in domo dicti loquentis unam lauricam et unam vestem pagni albi fustanei foderatam, quam vestem pro dicta laurica dictus Ruty ipsa die in articulo descripta, paulo ante quam dici audivisset dictum monachum fuisse vulneratum, dicto loquenti tradidit, et statim, postquam dici audivit dictum monachum esse vulneratum, ad eum reversus fuit dictus Ruty et sibi iterum tradidit dictam lauricam et recepit dictam vestem, quam cum festinatione fecit sibi plicari. Et ipsa veste recepta per dictum Ruty, ipse Ruty incontinenti recessit. <sup>[102r]</sup> Et propter hoc ipse loquens inmaginatur quod dictus Ruty fuit cum dictis Jaquemeto et Gredelleto in ipsa rixa per ipsos contra dictum monachum habita.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XXX, XXXI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in dicto articulo fore vera.

Super XXXIII articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo dictarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XLI<sup>o</sup> articulo dicit se dici audivisse contenta in eodem articulo fore vera.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum fore verum, quia contenta in ipso articulo vidit observari in civitate Gebenn. a XVI annis proxime et continue lapsis quibus stetit Gebenn., ut dicit.

<sup>a</sup> quod] *suppl. om.*



Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod nescit, vidit nec dici audivit rixam esse aliquam in civitate Gebenn. die in articulo descripta, nisi illam rixam in qua dicitur dictum monachum fuisse vulneratum, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur per villam.

Interrogatus si prece, precio, timore, amore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, et cet., dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Coonodus Embigator, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup> et quinto articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi ex auditu gentium dicentium contenta in ipsis articulis <esse vera<sup>a</sup>>.

Super articulis aliis interrogatus<sup>b</sup>, <sup>[102v]</sup> dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in ipsis intencionibus nominati dictum monachum de Sernay in articulo nominatum vulneraverunt, ex quibus vulneribus, ut dici audivit, dictus monachus ab humanis decessit; dicitque se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum transseuntes per ante operatorium suum venientes de carreria dou <Perron<sup>c</sup>> et dictum Gredelletum sanguinantem. Aliud nescit de contentis in ipsis intencionibus, ut dicit, factis sibi pluribus interrogatoriis super dictis intencionibus.

Item, Johannes Parcher, carpentator, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis et aliis sequentibus articulis ipsorum intencionum interrogatus, dicit se in omnibus et per omnia se nichil scire, sed se refert de contentis in ipsis articulis ad dictum suum quod dixit super articulis inquisicionalibus.

Item, Petrus Monthouz, pilliparius, civis vel burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, <super I<sup>o</sup><sup>d</sup>>, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in ipsis

<sup>a</sup> esse vera] *suppl. om.*

<sup>b</sup> interrogatus] *scr.*, interrogatis

<sup>c</sup> Perron] *suppl. om.*

<sup>d</sup> super I<sup>o</sup>] *suppl. om.*

articulis nominati<sup>a</sup>, tempore quo ipsi erant badelli hinc Gebenn., erant ribardi. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus obmissis VII, IX, X, XI, XII, XIII et XIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum, dicit se nichil scire.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, <obmissis<sup>b</sup>> articulis precedentibus super quibus non fuit interrogatus, <sup>[103r]</sup> dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi advocantem in dictis curiis in articuli nominatis pro personis ipsum requirentibus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit de dicto monacho in articulo nominato contrarium contentorum in ipso articulo quin ipse monachus non fuit talis qualis in ipso esse dicitur articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup>, XXXV<sup>o</sup>, XLI, XLII et XLIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire.

Item, Petrus Joez, tonsor, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup>, VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>, IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> et XIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur, quadam die circa tempus in articulo descriptum, tondebat pannos in Ripperia Gebenn. ut consueverat, et tondendo vidit dictos dominum Aymonem et Johannem Salanchi transseuntes per Ripperiam euntes ut irent versus domum habitationis ipsius domini Aymonis, et dum ipsi fuerunt inter domos Francisci de Stabulo et dicte Panisseres, ipsi fratres et Jaquemetus et Gredelletus inter se ad invicem obviaverunt, qui Jaquemetus dictum dominum Aymonem de spatula ultavit et sibi domino Aymoni ponendo manum suam ad gladium dixit: ‘veniatis tu et tuus frater, nos accipiemus vos bene et apoent vos sumus potenciores vobis potencia et amicis’, et alia verba plura simul <sup>[103v]</sup> inter se habuerunt minatoria, de quibus non recordatur, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super aliis articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuerit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Franciscus de Stabulo, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo Salanchi insecutus fuit dictos Jaquemetum et Gredelletum, nescit ante vel post

<sup>a</sup> nominati] erant *add.*

<sup>b</sup> obmissis] *suppl. om.*

tempus quo fuit inceptus processus per dictum Girardum Perrussodi, vel ante vel post publicationem de qua mencio habetur in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XXXVII<sup>o</sup> et aliis articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit. Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Francesia, filia Durandi Gonteron de Vesout, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogata qualiter scit dicit quod ipsa loquens illa nocte qua dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulo nominati fecerunt in domo descripta in ipso articulo contenta in ipso articulo, erat <sup>[104r]</sup> et vidit et audivit ea que in articulo continentur que ipsi Jaquemetus et Gredelletus fecerunt et dixerunt dictis fratribus de Salanchia in articulo nominato.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt ex illa nocte inimici et malivoli dictorum dominorum Aymonis et Petri Salanchi et amicorum suorum.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogata, dicit quod dictus dominus Petrus de Sernay erat consanguineus Johannis et Petri Salanchi in bene proximo gradu et amore ipsorum et amicus intimus et singularis dicti domini Aymonis Salanchi, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super aliis sequentibus articulis interrogata, dicit se nichil scire.

Interrogata si prece, precio, odio, dono, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructa, informata, subornata, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Johanneta, uxor Johanneti Leonis, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire.

Super aliis sequentibus articulis ipsarum intencionum interrogata, dicit se nichil scire.

Interrogata si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructa, informata, subornata, et cet., ad sic ipsum ferendum dicit quod non, nisi pro sola et mera dicenda quam scire novit veritate.

Item, Girardus de Burdignins, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, <sup>[104v]</sup> super primo et secundo articulis interrogatus, <dicit quod<sup>a</sup>> fama et communis oppinio est de contentis in ipsis articulis de dictis Jaquemeto et Gredelleto quod fuerunt tales quales in ipsis esse dicuntur articulis.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod dictus Petrus Gredelleti in articulo nominatus de contentis in ipso articulo est defamatus, et contenta in ipso articulo esse vera se dicit audivisse.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Petrus Gredelleti est defamatus de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit pluries<sup>b</sup> et in pluribus locis civitatis Gebenn. ab uno anno proxime et continue lapso dictos Petrum Gredellet et Jaquemetum Tromberti dicti domino Aymoni, Johanni et Petro Salanchi fratribus inimicari et inimicicias inferre, ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse dici a dictis fratribus in articulo nominatis contenta in ipso articulo esse vera.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo quin monachi in articulo nominati fuerint tales quales esse dicuntur in ipso articulo.

Super XVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmisso XVI<sup>o</sup>, dicit ipsum articulum a XX<sup>ti</sup> annis proxime et continue lapsis quibus dicit se novisse dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum non fuisse clericum Sanctorum Petri et Victoris Gebenn.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, <sup>[105r]</sup> dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quod monachi Sancti Victoris aliquem excessum et iniuriam fecerunt in civitate Gebenn. contra aliquam personam.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo Salanchi incepit insequi factum reformationis processus contra dictos Jaquemetum et Gredelletum postquam a curiales qui pro tunc erant, fecerant suum processum et

<sup>a</sup> dicit quod] *suppl. om.*

<sup>b</sup> pluries] *scr.*, plures

dictis inquisitis publicare volebant, et non ante quod sciat nec dici audiverit, ut dicit.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus vixit honeste spacio temporis quo ipse dominus Aymo hic Gebenn moratus fuit, ut dicit ipse qui loquitur.

Super XXI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus Johannes Salanchi in articulo nominatus, peractis suis negociis quibus erat cum domino Aymone negotiaturus die qua mentio habetur in ipso articulo, ipse Johannes reversus fuit ad eius domum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, excepto quod dictus Johannes est uxoratus cum dicta Marguereta in loco in articulo descripta.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de dictis fratribus in articulo nominatis.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod de contentis in ipso articulo est publica vox et fama laborat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur per tempus in articulo descriptum pluribus vicibus transivit per dictam carreriam dou Perron et bene vidisse, ut dicit, si vinum vendictum fuisse in domibus in articulo descriptis.

Super XXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod fama currit de contentis in ipso articulo inter notos et vicinos.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod contenta in ipso articulo dici audivit ab aliquibus personis que tunc erant in domo habitationis dicti domini Aymonis, que ipse erant pro quibusdam <sup>[105v]</sup> suis negociis faciendis et consiliis habendis a dicto Aymone.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod vox et fama laborat inter notos et vicinos de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XXX<sup>o</sup> articulo interrogatus dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a quodam medico quod vulnera dicto monacho illata erant multum periculose. Aliud nescit de contentis in ipso articulo ut dicit.

Super XXXI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse loquens pluries ipsum monachum visitavit, nec non dici audivit a gubernantibus ipsum monachum quod ipse, a die qua fuit ductus ad domum liberorum Johannis Camerarii, quod postea non exivit lectum nisi cum auxilio gencium.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici <audivit<sup>a</sup>> communiter contenta in ipso articulo esse vera.

<sup>a</sup> audivit] *suppl. om.*

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod vox et fama est de contentis in ipso articulo. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus incepit procurare circa dictam inquisitionem reformandam postquam curia intitulaverat suam inquisitionem et publicare volebat dictis inquisitis, et non ante quod sciat nec dici audivit, ut dicit.

Super XXXVII, XXXVIII, XXXIX et XL<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit quod de contentis in ipsis articulis est publica vox et fama. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ita dicitur communiter hic Gebenn. inter notos et vicinos ut in articulo continetur.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum per spacium XXV annorum quorum dicit se recordari esse verum.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit nec dici audivit in aliquo loco esse nec fuisse rumorem in aliqua parte ville, nisi in carreria dou Perron illa die <sup>[106r]</sup> in articulo descripta, pro qua debuissent esse armati nec aliqua arma deportare, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic suum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod iusticiam.

Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiler dicitur inter notos et vicinos.

<sup>[107r]</sup> Item<sup>a</sup>, Reynandus Gontereti, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit pluries dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulo nominatos in tabernis et meretrices secum ducentes.

Super II<sup>do</sup> et tercio articulis interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogatus dicit ipsum articulum esse verum.

Super quinto articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup> et IX<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dicti domini Aymo, Johannes et Petrus Salanchii, domino Johanni de Verneyto de dicto maleficio ipsis fratribus

<sup>a</sup> Item] *scr.*, Ite

illato conquesti fuerunt de dictis badellis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse loquens se refert ad dictum suum de contentis in ipso articulo quod protulit in processu inquisicionali ut dicit.

Super XII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dicto monacho vivente, ipse monachus et dictus Aymo se habebant et tenebant pro talibus qualibus in ipso articulo esse dicuntur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo<sup>a</sup> <sup>[107v]</sup> interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse loquens fuit presens quando verba in articulo descripta fuerunt prolata et dicta dicto domino Aymoni per dictos badellos ut in articulo continentur, et etiam se refert ad dictum suum quod dixit in processu inquisicionali et dicit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit et presens fuit quando dictus Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus ultavit dictum dominum Aymonem Salanchi in Ripperia in dicto loco in articulo descripto et sibi dixit verba in articulo descripta. De aliis vero que minus vel magis dicit vel obmicit se refert ad dictum suum alias dictum in processu inquisicionali.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, aliis pretermisissis, dicit quod contenta in ipso articulo communiter inter notos et vicinos hic Gebenn. dicitur et vulgatur. et quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum vulneraverunt et super ipsum currerunt.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum a XVIII<sup>o</sup> annis quorum dicit se recordari esse verum.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nesciebat in villa Gebenn. aliquem alium rumorem, nisi illum de quo mentio habetur in istis articulis sibi interrogatus.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse fama de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama dicit quod illud quod communiter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, et cet., et an fuit instructus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod in hac causa ipsorum quamlibet equaliter.

Item, Jaqueta, ancilla Petri Monthionis de Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis <sup>[108r]</sup> intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super X<sup>o</sup> articulo interrogata, obmissis aliis articulis precedentibus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se dici, postquam dictus monachus fuit vulneratus, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus erant inimici dicti domini Aymonis Salanchii. Aliud nescit de contentis in ipso articulo.

<sup>a</sup> articulo] *scr.*, articulis

Super XII<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit quod dicti monachus et dominus Aymo erant parentes, nescit tamen in quo gradu, et multum boni amici. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se dici audivisse dici quod dictus Jaquemetus ipsum dominum Aymonem ultavit in Ripperia de patula. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XX<sup>o</sup> primo articulo interrogata, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogata qualiter scit quod ipsa loquens erat in domo habitationis dicti domini Aymonis quando contenta in ipso articulo fuerunt facta.

Super XXII<sup>o</sup> articulo ipsarum interrogata, dicit ipsum articulum esse verum a decem annis proxime lapsis quibus ipsa novit, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogata qualiter scit, dicit quod ipsa vidit aliquos homines infra domum habitationis dicti domini Aymonis pro suis negociis faciendis, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit quod ipsa loquens nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo, ut dicit, quin ipse dominus Petrus non fuit talis qualis in ipso articulo nominatus esse.

Super aliis articulis interrogata, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

[108v] Item, Marieta, ancilla Johannete de Cruce<sup>a</sup> relictæ Johannis Camerarii, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogata, credit ipsum articulum esse verum.

Super XXX articulo ipsorum intencionum interrogata, dicit quod ipsa loquens dici audivit a Petro Espuerii quod vulnera illata dicto monacho de Sernay erant mortalia, quod non poteret evadere a morte ex illis vulneribus quin moriretur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXII<sup>o</sup> inter rogata dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera a dicto monacho dum ipse monachus in extremis laborabat. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit, excepto quod se refert de illis que non dicit ad ea que deposuit in inquisitione.

Item, Petrus Georgii, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit pluribus vicibus dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulis nominatis in tabernis, et dictum Gredelletum insequentem meretrices. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

<sup>a</sup> de Cruce] *om. a.c.*



Super V<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus tenebat quandam mulierem que vocabatur Gredelletaz que non fuit sibi Gredelleto dispensata.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus non audebat <sup>[109r]</sup> ire ad partes suas. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de dictis monachis.

Super XVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quin dicti clerici advocati in articulo nominati fuerunt tales quales in ipso esse dicuntur articulo.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit, scivit, nec dici audivisse quod aliqui monachi Sancti Victoris fecerunt aliquem excessum in civitate Gebenn. contra aliquem hominem, potissime contra aliquem badellum.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit semel dictum monachum in sua infirmitate comedentem amedullatum et vinum aqua temperatum. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super aliis articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Interrogatus quid est fama, dicit quod nescit.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>a</sup>, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Equaliter ipsos diligit.

Item, Girardus Gontereti, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et II<sup>do</sup> articulis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulo nominatos in tabernis <sup>[109v]</sup> pluribus vicibus Gebenn. cum meretricibus bibentes et cum lusoribus sepe ludentes, et de ipsis viget<sup>b</sup> publica vox et fama.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus multum in suis officiis vixerunt rogorosi, superbi et rappinosi, et dici audivit a Stephano Chasseno quod dictus Jaquemetus juravit de uno gladio valente circa sex denarios tradito dicto Stephano per quemdam hominem, quem dictus Jaquemetus ducebat captivum in custodia, quod valebat unum florenum, <et<sup>c</sup>> propter ipsius Jaquemeti potentiam solvit ipse Stephanus dictum florenum.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit quandam mulierem, que modo moratur in domo Johannis Dorerii, non dicto Jaquemeto dispensatam, a qua habuit dictus Jaquemetus unam filiam, uxore dicti Jaquemeti vivente, cum qua uxore ipse loquens vidit infra dictam Insulam dictam filiam commorantem.

<sup>a</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>b</sup> viget] *scr.*, vigez

<sup>c</sup> et] *suppl. om.*

Super quinto articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a quibusdam de Breysia de quibus partibus, ut dici audivit, dictus Gredelletus fuit oriendus, quod ipse Gredelletus vertit arma domini Corgeronis quondam semel, pro quo fuit incarceratus in quibusdam carceribus quas fregit et ad partes istas se retraxit, nec postea auxus fuit ad suas remeare partes propter dicta delicta per ipsum Gredelletum perpetrata. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a dicto domino Aymone Salanchie et Petro eius fratre et a quibusdam vicinis dicti Petri <sup>[110e]</sup> Salanchi contenta in ipso articulo esse vera.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus monachus de Sernay quondam erat consanguineus Johannis et Petri Salanchie et domini Aymonis Salanchie specialissimus amicus. Aliud nescit de contentis un ipso articulo, ut dicit.

Super XVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod a XX<sup>ti</sup> annis proxime continue lapsis, quibus ipse dicit dominum Anthonium in articulo nominatum novisse, non vidit ipsum Anthonium nisi mercatorem vendentem et ementem denariatas. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia ipse qui loquitur aliud quam contineatur in ipso articulo non vidit de ipso domino Aymone in ipso articulo nominato nec dici audivit, causam sue dicte scientie reddendo.

Super XXI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit die in articulo descripta dominum Johannem Salanchie infra domum habitationis sui fratris domini Aymonis intransitum, ut credit, pro suis negociis agendis. Ipsumque Johannem scit fore uxoratum in loco in articulo descripto ubi mansit multo tempore, nescit tamen quanto.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quin dicti fratres in articulo nominati fuerunt boni, iusti et abstinentes a rixis et iniuriis promovendis et faciendis, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a Johanne de Salins quod dicta Gredeletta computaverat dicto Johanni de Salin infra Insulam, dicto maleficio perpetrato, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fecerant impreysiam contra dictum monachum vel contra dominum Aymonem Salanchii in domo Boni Johannis ubi vinum tunc vendebatur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>[110v]</sup> Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus est et erat tempore rixe advocatus in utraque curia huius civitatis, a quo domino Aymonis dici audivit ipse loquens contenta in ipso articulo, de quo non deposuit supra, esse vera. Aliud nescit de contenta in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod nisi dicti Jaquemetus et Gredelletus non fuissent in dolo et culpa necis dicti monachi ipsi non fuissent detenti carceribus, ut dicit ipse qui loquitur.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, nisi esset in nundenis vel quod fieret excessus in villa, pro quo deberet quod tam dicti badelli quam alii de villa se armarent et arnesia sua induerent, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulus interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit nec dici audivit quod illa die in articulo descripta fuit aliquis rumor nec aliqua rixa in aliquo loco dicte civitatis nisi ille vel illa que fuit habita inter dictum Petrum de Sernay et dictos badellos.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiliter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>a</sup>, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod justiciam que ministratur<sup>b</sup>.

[111r] Item, Johanneta, uxor Nycoleti Genal, burgensis Gebenn., testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis interrogata, dicit ipsos articulos esse veros. Interrogata qualiter scit, dicit quod dicti badelli in articulo nominati fecerunt perdere eidem loquenti et eius marito usque ad valorem VI<sup>xx</sup> florenorum, salvo pluries, eorum pravitate.

Super III<sup>o</sup> et IIII<sup>to</sup> articulis interrogata, dicit ipsos articulos esse veros.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogata, <dicat<sup>c</sup>> quod dictus Gredelletus erat ribardus et leno, inhoneste et luxuriose vivens.

Super VI<sup>to</sup> articulo interrogata, dicit se dici audivisse contenta<sup>d</sup> in ipso articulo esse vera.

Super aliis articulis interrogata, dicit se nichil scire, nisi illud quod dixit in processu inquisicionali.

Item, Andreas de Prato, fornerius, habitator Gebenn., testis productus<sup>e</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

<sup>a</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>b</sup> que ministratur] *con.*, quod ministrari (?)

<sup>c</sup> dicat] *suppl. om.*

<sup>d</sup> contenta] *scr.*, comtenta

<sup>e</sup> productus] *scr.*, produtus

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Petrus Gredellet in articulo nominatus tenuit secum mulieres communes. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Item, Bonifacius Pentelli, burgensis Gebenn., hostellerius, testis productus<sup>a</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, <sup>[111v]</sup> super primo et secundo articulis interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit pluries dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulo nominatis in tabernis cum aliis sociis bibentes. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super III<sup>o</sup> et IIII<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus tenuit quandam mulierem vocatam Gredelletaz communem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super aliis articulis interrogatus, dicit se dici audivisse quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay vulneraverunt. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Item, Petrus Curtilliert, testis productus<sup>b</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>to</sup> et V<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Petrus Gredelleti tenebat quandam communem mulierem vocatam Gredelletaz. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo quin dicti domini monachi fuerunt tales quales in ipso esse dicitur articulo, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse loquens vidit dictum dominum Aymonem Salanchii in articulo nominatum in ambabus curiis Gebenn. advocantem, pro gentibus ipsum requirentibus esse advocatum, quodque ipse loquens non credit quod dictus Petrus in articulo nominatus iverat infra domum dicti domini Aymonis Salanchii nisi pro negotiis ipsius domini <sup>[112r]</sup> Petri de Sernay monachi agendis.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogato dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

<sup>a</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>b</sup> productus] *scr.*, produtus

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII<sup>o</sup> et XXXV<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non audivit dici nec scivit quod in villa Gebenn. fuit aliquis rumor, nisi ille de quo dicitur quod dictus monachus fuit vulneratus.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, et cet., et an fuerit instructus<sup>a</sup>, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod nescit.

Item, Johanneta<sup>b</sup>, uxor Petri Marchiandi, burgensis Gebenn., testis producta<sup>c</sup>, juravit interrogata et diligenter examinata super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis interrogata, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogata, dicit se nichil scire.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogata, dicit quod Jaquemetus Tromberti in articulo nominatus quandam tenebat mulierem non sibi desponsatam, ipso Jaquemeto habente uxorem propriam. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogata<sup>d</sup>, dicit se nichil scire.

Super aliis articulis interrogata, dicit quod ipsa loquens dici audivit quod dictus monachus fuit mortuus. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Interrogata si prece, precio, odio, dono, amore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuerit instructa<sup>e</sup>, <sup>[112v]</sup> informata, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogata quam partem vellet sustinere, dicit quod non plus unam quam aliam.

Item, Guillelmus Magnin, habitator Gebenn., testis productus<sup>f</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup> et IIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus Petrus Gredelletus interfecerat quendam hominem in partibus suis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>b</sup> Johanneta] *scr.*, Joheta

<sup>c</sup> producta] *scr.*, produta

<sup>d</sup> interrogata] *scr.*, interrogatus

<sup>e</sup> instructa] *scr.*, instruta

<sup>f</sup> productus] *scr.*, produtus

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IX<sup>o</sup>, X<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>, XV<sup>to</sup> et XVI<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod nunquam vidit dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum nisi mercatorem a X<sup>cema</sup> annis proxime et continue lapsis quibus ipsum novit, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, <obmissis<sup>b</sup>> precedentibus articulis super quibus non fuit interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, nisi in nundenis <in<sup>c</sup>> quibus ipsos badellos vidit armatos.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non audivit dici nec de se scivit quod die<sup>d</sup> qua fuit facta rixa cum monacho de Sernay fuit facta aliqua alia rixa in civitate Gebenn. pro qua dicti badelli fuissent armati nec sua portarent arnesia. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>e</sup>, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod non minus unam quam aliam.

[113<sup>r</sup>] Item, Girardus Gardelli, fornerius, testis productus<sup>f</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, et IIII<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup>, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta ipso articulo esse vera.

Super aliis articulis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dum audivit quod dicti badelli sunt adhuc detenti in Insulla Gebenn. propter vulneracionem illatam dicto monacho de Sernay quondam. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>g</sup> ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Die XXVIII<sup>a</sup> mensis aprilis

<sup>a</sup> X<sup>cem</sup>] a *add.*

<sup>b</sup> obmissis] *suppl. om.*

<sup>c</sup> in] *suppl. om.*

<sup>d</sup> die] *scr.*, de

<sup>e</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>f</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>g</sup> instructus] *scr.*, instrutus

Item, Perrodus Pillichet, burgensis Gebenn., testis productus<sup>a</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem descriptis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>to</sup>, VI<sup>to</sup>, VII<sup>o</sup> et VIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis pretermissis super quibus non fuit interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia non vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de monachis in ipso nominatis quin sint tales quales in ipso nominantur<sup>b</sup> articulo a XX<sup>ti</sup> annis citra quibus ipsos novit, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum de tempore de quo supra deposuit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi in articulo nominatum advocantem in ambabus curiis in ipso articulo designatis, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum<sup>[13v]</sup> intencionum interrogatus, dicit se novisse dictum dominum Petrum de Sernay in articulo nominatum a XVIII<sup>o</sup> annis proxime continue lapsis citra esse et fuisse hominem bone vite, bone fame et conversacionis, honeste, catholicum, religiosum tempore quo stetit in religione Sancti Victoris, nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo, ut dicit, quin se dictus monachus se gessit et rexit ut in articulo continetur, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup>, XXXIII<sup>o</sup> et XXXV<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia contenta in ipso sic observare vidit in civitate Gebenn. a XXV annis citra.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Interrogatus si prece, precio, timore, amore, favore, et cet., sic<sup>c</sup> suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Ansermetus Poret, habitator Gebenn., testis productus<sup>d</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>o</sup>, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

<sup>a</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>b</sup> nominantur] *scr.*, nominancium

<sup>c</sup> sic] *bis scr.*

<sup>d</sup> productus] *scr.*, produtus

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmissis precedentibus super quibus non<sup>a</sup> fuit interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a XII<sup>cem</sup> annis proxime et continue lapsis quibus novit nominatos monachos in articulo per talibus qualibus in ipso articulo nominantur, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum esse verum, quia non vidit contrarium contentorum in ipso articulo de nominatis monachis in ipso a tempore quo supra deposuit, ut dicit.

Super XXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum <sup>[114r]</sup> intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in articulo esse vera.

Super XLII<sup>o</sup> et XLIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse fama de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>b</sup>, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad si ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Petrus Sine Terra, burgensis Gebenn., testis productus<sup>c</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, V<sup>to</sup> VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredellet in ipsis articulis nominati habebant et tenebant alienas mulieres non sibi disposatas, quodque dici audivit a dicto Petro Gredellet quod ipse Petrus in partibus suis perpetraverat et fecerat aliquid propter quod non audebat nec audax erat ad partes suas revertere nec regredi, ut dicebat. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> et XVIII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsos articulos esse veros a XV<sup>o</sup> annis proxime et continue lapsis, quia non vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipsis articulis quin fuerunt dicti monachi in ipsis nominatis tales quales in ipsis nominantur articulis, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus est advocatus in utraque curia in articulo designata, quia ipsum vidit, et<sup>d</sup> dici audivit quod dictus dominus Petrus monachus de Sernay, die in articulo descripta, iverat ad domum in ipso articulo designatam pro suis negociis peragendis, ut dicit.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus dominus Petrus de Sernay in articulo nominatus fuit et stetit homo <sup>[114v]</sup> bone vite, bone fame et conversacionis honeste, catholicus a XV annis proxime et continue

<sup>a</sup> non] *bis scr.*

<sup>b</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>c</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>d</sup> et] *scr.*, que que



lapis quibus dictum monachum novit, ut dicit; quodque dici audivit quod infra infirmitate vixit et se rexit et obedivit ut in ipso continetur articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup>, XXXIII<sup>o</sup> et XXXV<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredellet in ipsis articulis nominati sunt et fuerunt detenti et capti ratione et causa in ipsis articulis descripta. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, nisi etiam quod dici audivit a Johanne de Albergamentis et Jaquemeto Tromberti quod sunt parentes et consanguinei, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod nisi excessus esset in villa, badelli non tenentur portare nisi ensem vel gladium cum baculo domini, ut dicit, et sic est et fuit consuetum in civitate Gebenn. a tempore quo supra deposuit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod nescivit nec dici audivit aliquam rixam esse nec fuisse in villa die in articulo descripta pro qua dicti badelli deberent portare arma, nisi illam de qua agitur quam dici audivit fuisse, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum.

Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur.

Interrogatus si prece, precio, amore, timore, et cet., sic sum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>a</sup>, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Petrus Veygier, de Gebenn., testis productus<sup>b</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis in eisdem contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, III<sup>to</sup>; V<sup>o</sup>, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis ipsarum intencionum interrogatus, dicit et deponit se dici audivisse a dicto Petro Gredellet in articulo nominato quod ipse tenebat unam putans et dici audivit quod propter delicta per ipsum<sup>[115r]</sup> Petrum perpetrata in partibus suis regredi non audax nec ausus <erat<sup>c</sup>>, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, aliis articulis precedentibus pretermis, dicit ipsum articulum esse verum, quia nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de monachis in ipso contentis quin fuerunt tales quales in ipsis describuntur<sup>d</sup> articulis, ut dicit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo Salanchi in articulo nominatus est advocatus in ambabus curiis in articulo nominatis, quodque dici audivit a monacho de Sernay in ipso articulo nominato quod ipsa die in articulo descripta iverat ad domum domini Aymonis

<sup>a</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>b</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>c</sup> erat] *suppl. om.*

<sup>d</sup> describuntur] *scr.*, describitur

Salanchie in articulo nominati pro contrahendo et faciendo pacem inter dictos badellos et dominum Aymonem Salanchie, ut dicebat.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia dictum monachum in sua infirmitate sic se vidit ut in ipso articulo continetur regentem et gubernantem; quodque ipsum monachum novit a XV annis proxime et continue lapsis talem qualem in ipso describitur articulo, ut dicit.

Super XLI<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit se dici audivisse, et maxime a dicto monacho de Sernay, quod dicti Jaquemetus et Petrus Gredellet in ipso articulo nominati ipsum monachum vulneraverunt et male tractaverunt. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, quia sic ut in articulo continetur vidit uti et observari in civitate Gebenn. toto tempore sue vite, ut dicit.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo ipsarum intencionum interrogatus, dicit quod nescit nec dici audivit aliquem rumorem esse an fuisse in villa die in articulo descripta nisi illo de quo agitur in presentibus, pro quo dicti badelli deberent portare aliqua arma, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus si prece, precio, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus<sup>a</sup>, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Reymondus de Sancto Victore, testis productus<sup>b</sup>, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et tercio articulis interrogatus, dicit ipsos articulos esse veros. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur pluries vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum tales quales in ipso articulo esse dicuntur et fieri illa de quibus mencio habetur in ipsis articulis per ipsos, <sup>[115v]</sup> et de ipsis est communis oppinio inter notos et vicinos, et de ipsis sunt publice deffamati in civitate Gebenn. inter notos et vicinos et aliis locis circumvicinis.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super V<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus Gredelletus quandam tenebat mulierem communem et super ipsa vivebat pro maiore parte<sup>c</sup> temporis de rufianaroz. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit dictum Gredelletum perpetrasse quoddam delictum seu maleficium vel homicidium pro quo non erat auxus reverti ad eius partes. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod contenta in ipso articulo esse vera dici audivit.

<sup>a</sup> instructus] *scr.*, instrutus

<sup>b</sup> productus] *scr.*, produtus

<sup>c</sup> parte] *om. a.c.*

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse a vicinis dicti Jaquemeti de Magnier contenta in ipso articulo esse vera.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmissis aliis precedentibus super quibus non fuit interrogatus, dicit ipsum articulum spacio XXV annorum proxime et continue lapsorum quorum dicit se recordari esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur de dicto tempore nunquam vidit contrarium nec dici audivit contentorum in ipso articulo de dictis monachis in articulis nominatis.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum de tempore quo supra deposuit.

Super XXIX articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipsum dominum Petrum de Sernay in articulo nominatum vidit talem qualem esse dicitur et nunquam contrarium dici audivit de ipso domino Petro, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum de tempore quo supra deposuit esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod sicut in articulo continetur vera vidit spacio temporis in articulo descripto.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod bene scivisset vel bene dici audivisset si aliqua rixa fuisset in villa Gebenn. die in articulo descripta.

Super aliis articulis interrogatus, dicit se dici audivisse a Petro Tardi qui fuit in dicta rixa quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fecerunt eorum impreysiam in taberna Boni Johannis, ubi congregaverunt gentes pro currendo super personam domini Aymonis Salanchi et eundo ante suam domum. Aliud nescit de contentis in dictis articulis.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiliter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola veritate dicenda.

<sup>[116r]</sup> Item, Johannes Borchar, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse dici contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod vidit dictum Gredelletum tenentem unam mulierem non sibi desponsatam, ut communiter dicebatur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super aliis sequentibus articulis interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Item, Petrus Maioris, burgensis Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et secundo articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super IIII<sup>to</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod dominus Petrus Gredelleti tenebat et regebat quandam mulierem que non erat sibi desponsata. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super V articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Gredelletus in partibus suis quoddam maleficio commiserat propter quod non fuit auxus, ex quo venit huc, reverti. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse <sup>[116v]</sup> contenta in ipso articulo esse vera.

Super nono articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XI<sup>o</sup> articulo, X<sup>o</sup> obmisso, dicit se nichil scire.

Super XVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, aliis articulis precedentibus pretermisiss super quibus non fuit interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum Anthonium de Versoya in articulo nominatum mercatorem a morte sui Anthonii patris. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchy in articulo nominatum in curiis domini officialis Gebenn. advocantem pro pluribus personis ipsum requirentibus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a pluribus personis quod dicti dominus Petrus de Sernay et illi de Salanchy erant parentes. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, excepto tamen quod si in villa fieret riot vel badelli vellent aliquem capere, tunc se potuerunt se armare.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit.

Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

<sup>[117f]</sup> Item, Stephanus de Ponte, habitator Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo et II<sup>do</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus, dum erat badellus hinc Gebenn., erat multum maladornos et nimis capiebat de pena sua, quodque credit ipse qui loquitur quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus erant valde rapinosi. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super IIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus in articulo nominatus ribardas mulieres tenebat et insequabatur non sibi desponsatas. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VI articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt capti et detenti tam in Insula Gebenn. quam in castro Gay pro vulneribus et plagis per ipsos Jaquemetum et Gredelletum, ut dici audivit, in personam monachi de Sernay quondam Sancti Victoris illatis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XII articulo interrogatus, obmissis IX, X<sup>o</sup> et XI articulis, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XIII et XIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis esse vera.

Super XV et XVI articulis interrogatus, dicit ipsos articulos spacio XII annorum proxime et continue lapsorum quorum dicit se recordari esse veros. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipsis articulis de spacio temporis quo supra deposuit de monachis et clericis in articulis nominatis et descriptis.

Super XVII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXI articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXII articulo interrogatus, dicit quod dictus Aymo Salanchie <sup>[117v]</sup> est homo bonus et iustus, pacificus et quietus et se abstinens ab illicitis et inhonestis congregationibus gentium faciendis et congregandis, ut in articulo continetur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit, quo ad nominatos in eodem.

Super XXIII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera. Interrogatus a quibus dici audivit, dicit quod non recordatur.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXV articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod dictus dominus Aymo est jurisperitus, ad quem vadunt gentes que ipso egent pro consilio habendo, et non credit quod dictus monachus et alii, si qui erant, non erant nisi pro suis negociis peragendis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse vulgabiliter in civitate Gebenn. inter notos et vicinos contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXIX articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo de dicto domino Petro de Sernay monacho Sancti Victoris quondam quin fuit talis qualis in ipso esse dicitur articulo, ut dicit.

Super XXX articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod sibi loquenti bene videtur quod ipsa vulnera ipsi monacho illata fuerunt mortalia, postquam ex ipsis mortuus fuit, ut dicitur communiter et vulgabiliter in civitate Gebenn. et aliis locis circumvicinis.

Super XXX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum monachum infra domum liberorum Johannis Camerarii in lecto languescentem et non surgentem a lecto nisi aliarum personarum auxilio dum eius lectus reficebatur.

Super XXXII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII articulo interrogatus, <sup>[118r]</sup> dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivit contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXV, XXXVI, XXXVII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera et quod ipsi Jaquemetus et Gredelletus fuerunt de nece dicti monachi culpabiles.

Super XLII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit, scivit nec dici audivit quam aliqua rixa seu aliquis rumor fuerunt illa die in articulo designata in civitate Gebenn., nisi illa vel ille de quo vel de qua mentio fit in ipsis intencionibus et articulis, videlicet dicti monachi et badellorum.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit quod fama est quod dicti Jaquemetus et Gredelletus dictum monachum de Sernay interfecerunt. Interrogatus quid est fama, nescit deponere.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsorum quamlibet equaliter.

Item, Stephanus Terde, ganterius, habitator Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus.

Super primo et secundo articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup> et quinto articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VI articulo interrogatus, dicit se dici audivisse quod dictus Gredelletus perpetraverat quoddam delictum in partibus Breysie, unde fuit oriendus, propter quod non est nec fuit <ausus<sup>a</sup>> a tempore quo se retraxit infra civitatem Gebenn. in Breysiam reverti. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super aliis articulis sequentibus interrogatus, dicit se nichil scire.

Item, Franciscus Camerarii, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram <sup>[118v]</sup> dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto et VI<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus in altero articulorum nominatus erat ribaudus, de ipsoque Gredelleto dici audivit quod non erat auxus ire Burgum pro quoddam delicto per ipsum Gredelletum in partibus Breysie perpetratum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt ducti apud Gaium ad incarcerandum pro eo quod inculpabantur de vulneratione et vulnerum mortis consecutione dicti domini Petri de Sernay. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super IX, X et XI articulis interrogatus, dicit se nichil scire, excepto quod dicti badelli et dominus Aymo Salanchy in articulo nominati ad invicem volebant se malum.

Super XII, XIII et XIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV articulo interrogatus, dicit quod aliqui ipsorum monachorum Sancti Victoris qui pro tempore fuerunt, fuerunt bone vite et conversationis, et alii alterius.

Super XVI articulo interrogatus, dicit eciam quod aliqui advocatorum et clericorum locorum in ipso articulo descriptorum fuerunt boni et tales quales in ipso esse dicitur articulo, et aliqui alterius conditionis. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit quod monachi Sancti Victoris aliquem excessum fecerunt contra curiales domini vicedompni Gebenn.

Super XIX articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit an ante vel post intitulationem processus facti per dictum quondam Johannem Escuerii dictus dominus Aymo Salanchy procuravit facere fieri alium processum vel non.

Super XX articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus hinc Gebenn. stetit et moratus fuit paciffice et quiete, abstinendo se ab illicitis, nec eundem aliquod habere officium in Sanctis Petro et Victore vidit nec scivit.

Super XX<sup>o</sup> primo articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

<sup>a</sup> ausus] *suppl. om.*

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXV articulo interrogatus, dicit se dici audivisse <sup>[119e]</sup> contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo in articulo nominatus est advocatus in utraque curia Gebenn., seculari et spirituali, quia ipsum advocantem vidit, ut dicit.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus et XXVIII<sup>o</sup> dicit se nichil scire.

Super XXIX articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur umquam vidit nec dici audivit de dicto domino Petro monacho contrarium contentorum in ipso articulo, ut dicit, et quin fuit talis qualis in ipso articulo esse dicitur.

Super XXX articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non dici audivit ab aliquo quod dictus dominus Petrus de Sernay exiverit lectum suum ex quo fuit in domo liberorum Johannis Camerarii, nisi auxilio et juvamine personarum, donec fuit mortuus, nisi pro suo lecto faciendo, et tunc auxilio gentium extraebatur, ut dici audivit.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus fuerunt capti pro eo quod inculpabantur vulnerasse dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XXXV articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVI, XXXVII, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX, XL articulis interrogatus<sup>a</sup>, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XLII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nescit nec pro tunc scivit quod aliquae rixe fuerunt in villa Gebenn. illa die qua dictus monachus fuit vulneratus, nisi illa que habita fuit inter ipsum monachum et dictos badellos, ut dici audivit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus quid est fama, dicit quod fama est quod tam dicti badelli quam eorum secaces dictum monachum verberaverunt et vulneraverunt.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod non plus unam quam aliam.

<sup>a</sup> XXXVII, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX, XL articulis interrogatus] articulo interrogatus, XXXVII, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX, XL articulis *a.c.*



[119v] Item, Humbertus Lullinis, civis Gebenn., testis productus, iuravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup> et III<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super III<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit dictus Jaquemetus in articulo nominatus tenebat et gubernabat ancillam Capitane que tunc morabatur Gebenn.

Super quinto articulo interrogatus, dicit quod dictus Gredelletus tenebat, dum erat badellus civitatis Gebenn., quandam mulierem que vocabatur Dalphinaz.

Super VI et VII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum reduci in Insulam Gebenn. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super nono articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipse qui loquitur dici audivit quod dicti Jaquemetus et Gredelletus minaverunt domum habitacionis ipsius Petri Salanchie in articulo descriptam et infra ipsam domum lapides proiecerunt vel progresserunt circa tempus in articulo descriptum de nocte. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XI, XII, XIII et XIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV articulo interrogatus, dicit ipsum articulum a XX annis proxime lapsis citra quorum dicit se recordari esse verum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur credit ipsum articulum esse verum.

Super XVII articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit dictum Anthonium in articulo nominatum fore clericum locorum in articulo descriptorum, sed semper mercatorem et mercerium a morte patris ipsius Anthonii, ut dicit.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit nec dici audivit aliquem de monachis Sancti Victoris in articulis nominatis aliquem excessum in officiariis curie domini vicedompni nec aliis fecisse, nec aliquam iniuriam intulisse, ut dicit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XXI<sup>o</sup> [120r] articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXIII, XXIII et XXV articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchy in unaque curia habita Gebenn. advocantem pro personis ipsum requirentibus eorum jura allegantem, ut dicit.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVIII<sup>o</sup> <et<sup>a</sup>> XXIX articulo interrogatus<sup>b</sup>, dicit se nichil scire, excepto quod dici audivit contenta in XXIX articulo esse vera<sup>c</sup>

Super XXX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXX<sup>o</sup> primo, XXXII, XXXIII, XXXIII<sup>o</sup>, XXXV, XXXVI, XXXVII<sup>o</sup>, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX<sup>o</sup>, XL articulis interrogatus<sup>d</sup>, dicit se nichil scire, nisi ex auditu gentium contenta in ipsis articulis referentium.

Super XLI articulo interrogatus, dicit ipsum articulo spacio XXX annorum proxime et continue lapsorum quorum dicit se recordari esse verum.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit quod die in articulo descripta non fuit rumor factus in villa Gebenn., nisi rumor habitus inter dictum monachum de Sernay <et<sup>e</sup>> dictos badellos, ut dicere audivit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam de depositis per ipsum. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter scitur.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus et appensatus ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Johannes Fabri de Vachio, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis intencionibus et articulis in ipsis contentis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup>, quinto et VI<sup>to</sup> articulis interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictos Jaquemetum et Gredelletum in articulis nominatos tabernas et ludos sequentes et frequentantes<sup>[120v]</sup> cum aliis sociis, dictumque Gredelletum esse ribardum et inhoneste viventem, Deum clamando denegantem, de ipsoque Gredelleto dici audivisse quod unum interfecit hominem in partibus suis. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit<sup>f</sup> contenta in ipso articulo a dictis fratribus in articulo nominatis esse vera audivisse dici.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus Petrus de Sernay quondam et Petrus Salanchie erant parentes et consanguinei, nescit in quo gradu, et amore

<sup>a</sup> et] *suppl. om.*

<sup>b</sup> XXIX articulo interrogatus] articulo interrogatus XXIX *a.c.*

<sup>c</sup> excepto quod dici audivit contenta in XXIX articulo esse vera] *om. a.c. in marg*

<sup>d</sup> XXXII, XXXIII, XXXIII<sup>o</sup>, XXXV, XXXVI, XXXVII<sup>o</sup>, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX<sup>o</sup>, XL articulis interrogatus] articulis interrogatus XXXII, XXXIII, XXXIII<sup>o</sup>, XXXV, XXXVI, XXXVII<sup>o</sup>, XXXVIII<sup>o</sup>, XXXIX<sup>o</sup>, XL *a.c.*

<sup>e</sup> et] *suppl. om.*

<sup>f</sup> dicit] *se add.*

illius parentele ipsi domini Petrus et Aymo erant amici intimi et cordiales. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XV articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit contrarium contentorum in ipso articulo, ut dicit.

Super XVI articulo interrogatus, dicit ipsum articulum a XX annis proxime et continue lapsis esse verum.

Super XVII dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit dictum Anthonium in articulo nominatum nisi mercatorem, et non clericum aliquorum locorum in ipso articulo designatorum, ut dicit.

Super XVIII articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit nec dici audivit aliquem<sup>a</sup> monachum Sancti Victoris aliquem<sup>b</sup> excessum contra aliquem badellum curie domini vicedompni fuisse nec aliquam iniuriam commisisse, ut dicit.

Super XIX articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur fuit in Insula Gebenn. cum aliis burgensibus in responsione quam fecerant dicti Jaqueminus et Gredelletus in manibus dictorum castellani Gebenn. et Johannis Escuerii super offensa dicto monacho illata, antequam responsionem dictus dominus Aymo Salanchy procuraverat, nec se intromisisse donec <sup>[121<sup>r</sup>]</sup> vidit quod dictis jurisperitis voluit publicari processus contra ipsos formatos per dictum Johannem Escuerii, ut dicit.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XX<sup>o</sup> primo articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur credit ipsum articulum esse verum.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur intendit ipsum articulum esse verum.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXV articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVI articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur dictum dominum Petrum de Sernay monachum Sancti Victoris in articulo nominatum in domo habitacionis dicti domini Aymonis Salanchy ipsa die in articulo descripta negociantem vidit, et cum ipso monacho dictus loquens infra dictam domum ipsa die locutus fuit, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, aliis precedentibus articulis super quibus minime<sup>c</sup> fuit interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur vidit, postquam dici audivit dictum monachum fuisse offensum, dictos Jaquemetum et Gredelletum infra dictam Insulam detentos. Cum quibus Jaquemeto et Gredelleto fuit inquisitum per Johannem

<sup>a</sup> aliquem] *bis scr.*

<sup>b</sup> monachum Sancti Victoris aliquem] *om. a.c. in marg.*

<sup>c</sup> minime] *non a.c.*

Escuerii, tunc clericum curie domini vicedompni Gebenn., <et<sup>a</sup>> per Johannem de Albergamentis, tunc castellanum domini vicedompni, presentibus nonnullis civibus burgensibus et procuratoribus civitatis Gebenn., nemine instigatore presente nec apparente, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXV articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVI articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XLI articulo interrogatus, dicit quod quilibet scit vel scire potest quod dicti Jaquemetus et Gredelletus esse possunt culpabiles de morte dicti domini Petri de Sernay et quod ipsum ad mortem vulneraverunt.

Super XLII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non vidit, scivit, nec dici audivit quod alibi in civitate <sup>[121v]</sup> Gebenn. fuit factus aliquis rumor die vigillie beate Marie Magdalene in articulo descripta, nisi ille de quo articuli presentes faciunt mentionem. Aliud nescit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiliter inter notos et vicinos dicitur et habetur.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium dicit quod non<sup>b</sup>, et si fuit instructus, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda, et dicit quod equaliter diligit ipsas partes in hac causa, interrogatus quam partem prediligat.

Item, Johannes Bertheti, burgensis Gebenn., hostellerius, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulo interrogatus particulariter et divisim, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur habebat unam ancillam de qua dictus Gredelletus habuit, ut ipsa ancilla dicebat, duos pueros successive. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis nisi ex auditu, ut dicit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, aliis articulis precedentibus super quibus non fuit interrogatus <obmissis<sup>c</sup>>, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo a dicto domino Aymone Salanchi fore vera. Aliud nescit de contentis in ipso articulo.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XX<sup>o</sup> primo articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipsos fratres in articulo nominatos vidit bonos

<sup>a</sup> et] *suppl. om.*

<sup>b</sup> non] et an *add.*

<sup>c</sup> obmissis] *suppl. om.*

et justos, abstinentes a rixis et aliquibus impreysiis et ab aliis illicitis et inhonestis actibus et pacem et tranquillitatem diligentes, ut dicit.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo<sup>a</sup> Salanchie est in utraque <sup>[122r]</sup> curia Gebenn. in articulo designata advocatus pro gentibus ipsum requirentibus, ad quem veniunt plures gentes ad habendum consilium de negociis ipsorum, ut dicit.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse loquens bene noscebat dictum dominum Petrum de Sernay esse hominem bone conversacionis et honeste vite et talem qualem in ipso esse dicitur articulo, nec de ipso contrarium unquam dici audivit, ut dicit.

Super XXX articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXX<sup>o</sup> primo articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur non dici audivit quod dictus dominus Petrus de Sernay in articulo nominatus fuit a lecto suo ex quo fuit post vulnera sibi illata extractus donec fuit mortuus. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII articulo interrogatus, dicit quod sic, ut in articulo continetur, ita communiter et vulgabiliter dicitur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit in XIX articulo.

Super XLI articulo interrogatus, dicit quod communiter dicitur quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt et fuerunt dolosi et culpabiles de morte dicti domini Petri de Sernay monachi Sancti Victoris. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XLII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum a XX<sup>ti</sup> annis proxime et continue lapsis quibus dicit se moram trahasse in civitate Gebenn. esse verum, nisi fuisset aliquis rumor in villa.

Super XLIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod in villa Gebenn. non erat aliquis rumor in illa die in articulo designata quod sciverit, nec dici audiverat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

<sup>a</sup> Aymo] *om. a.c.*

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod <sup>[122v]</sup> communiter et vulgabiliter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructum, informatus, subornatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non nisi pro sola et mera veritate dicenda. Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod non plus unam quam aliam.

Item, subsequenter, anno quo supra, die XXVI mensis aprilis, fuit productus Girardus de Sancto Germano, domicellus, pro teste, examinatus per me jamdictum commissarium super predictis articulis, qui iuravit, in absentia predictorum procuratorum, ad sancta Dei Evvangelia ab eodem corporaliter prestita dire illam quam scire novit super ipsis articulis veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis interrogatus particulariter et divisim, dicit se tantum scire, videlicet quod dicti Jaquemetus et Gredelletus in articulis nominati erant tempore quo fuerunt badelli homines ribardi, male vite, inhoneste conversationis, lusorum tabernarii, mulieres meretrices insequentes. Et de ipsis est publica vox et fama, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire, nisi illud quod supra dixit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super IX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super X<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum, excepto tamen quod nescit, nisi ex auditu, quod dicti Jaquemetus et Gredelletus aggredientes domum dicti Petri Salanchi, ut in articulo continetur, voluissent dictos fratres in articulo nominatos occidere esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod ipse qui loquitur vidit ipsos Jaquemetum et Gredelletum domum habitationis dicti Petri Salanchi in articulo designatam circa tempus in ipso articulo descriptum, in qua erant tunc dicti fratres, aggredientes et lapides per fenestras proicientes et infra ipsam domum ingredienti, rumore cuius fuit proclamatum 'ad aquam' per alterum fratrum Salanchi, ut dicit.

Super XI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit a morte dicti monachi quod dictus dominus Aymo Salanchi erat consanguineus dicti <sup>[123r]</sup> monachi. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XIII et XIII articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum a XIII annis proxime et continue lapsis quorum dicit se recordari esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod de tempore quo supra deposuit contrarium contentorum in ipso articulo de ipsis monachis in articulo nominatis non dici audivit.

Super XVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod non vidit, ut dici audivit, contrarium contentorum in ipso articulo, ut dicit.

Super XVII articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit ipsum Anthonium de Versoya in articulo nominatum nisi mercatorem.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit, ut dici audivit, quod aliqui monachi Sancti Victoris aliquem excessum in familia curie domini vicedogni Gebenn. fecissent nec iniurias graves intulissent, ut dicit.

Super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum, excepto tamen quod est quidam fratrum Salanchi qui est predicator et tenet unam mulierem de qua ipse loquens nescit an esset uxor sua disposata vel ne, ut dicit.

Super XXIII articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXVI dicit quod bene potest esse quod dictus monachus erat infra domum habitationis dicti domini Aymonis Salanchi die vigillie beate Marie Magdalene in articulo descripta pro suis negociis peragendis ; quodque dici audivit quod ipse monachus erat pro faciendo pacem de lite habita inter ipsum dominum Aymonem Salanchi et dictos badellos. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit idem.

Super XXIX articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod vidit dictum monachum de Sernay hominem <sup>[123v]</sup> bone vite et honeste conversacionis, pacificum, mansuetum et quietum, castum, sobrium in bibendo et comedendo et talem qualem in ipso esse dicitur articulo.

Super XXX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso esse vera.

Super XXXII, XXXIII et XXXIII articulis interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipsis articulis esse vera, potissime dici audivisse a Jaquemeto Tromberti et Johanne de Albergamentis in XXXIII articulis nominatis, quod ipsi erant parentes et consanguinei.

Super XXXV et XXXVI articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXVIII<sup>o</sup> articulis interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIX articulo interrogatus, dicit se nichil scire, tamen bene sibi videt quod debeat fieri.

Super XL articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII articulo interrogatus, dicit ipsum articulum spacio XXX<sup>ta</sup> annorum quorum dicit se recordari esse verum.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus si prece, precio, odio, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit instructus, informatus, subornatus, appensatum, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod ipsarum quamlibet equaliter.

Item, Stephaneta, uxor Johannis Bertheti burgensis Gebenn., hostellerii, testis producta, juravit interrogata et diligenter examinata per me jamdictum commissarium super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>do</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto, VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> articulis interrogata particulariter et divisim, dicit se tantum scire, videlicet <quod<sup>a</sup>> dictus Gredelletus ipsius loquentis ancillam dedecoravit in domo vel eorum grangia, de qua ancilla<sup>b</sup> duos habuit liberos successive. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogata, <sup>[124f]</sup> dicit se nichil scire nisi ex auditu.

Super IX<sup>o</sup>, <X<sup>o</sup>> XI<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> articulis interrogata, aliis precedentibus articulis super quibus non fuit interrogata, dicit se nichil scire.

Super XXVI articulo interrogata, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo esse vera.

Super XXXIII<sup>o</sup> et XXXIII<sup>o</sup> articulis interrogata, dicit se tantum scire, videlicet quod ipsa que loquitur dici audivit pluribus vicibus et in pluribus locis quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt ad eo detenti quod vulneraverunt dictum monachum, et quod dici eciam audivit ab uxore Benedicti Bellebini et dicto Castatore quod dicti Johannes de Albergamentis et Jaquemetus Tromberti sunt parentes et consanguinei. Aliud nescit de contentis in<sup>d</sup> ipso articulo, ut dicit.

Super XXXV articulo interrogata, dicit se nichil scire.

Super XLI articulo interrogata, dicit se nichil scire, nisi ex auditu.

Super XLII articulo interrogata, dicit se nichil scire.

Super XLIII articulo interrogata, dicit quod ipsa que loquitur non audivit dici quod in villa Gebenn. in dicta vigillia fuit rumor factus, nisi dumtaxat monachi de Sernay et dictorum badellorum. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogata, dicit se nichil scire. Interrogata quid est fama, dicit quod nescit. Interrogata si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non, et fuit instructa, subornata, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non.

Et fuit interrogata quam partem prediligeat ; respondit quod quamlibet qui bonum facit.

Subsequenter vero, anno quo supra, die ultima mensis aprilis, fuerunt testes infra scripti pro parte supradicti procuratoris <interrogati<sup>e</sup>> et examinati per me jamdictum commissarium super dictis articulis. Qui testes, in presencia dicti Stephani de Thoyria procuratoris asserti dictorum inquisitorum, juraverunt ad

<sup>a</sup> quod] *suppl. om.*

<sup>b</sup> ancilla] *scr.*, ancillam

<sup>c</sup> X<sup>o</sup>] *suppl. om.*

<sup>d</sup> in] *bis. scr.*

<sup>e</sup> interrogati] *suppl. om.*



sancta Dei Evvangelia ab eisdem corporaliter prestita meram dicere veritatem quam super ipsis scire noverint, et sic deposuerunt ut infra sequitur.

Et primo Guillelmus Lombardi, civis Gebenn. seu burgensis, testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

<sup>[124v]</sup> Et primo, super XIX articulo interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod post mortem Johannis Escuerii audivit ipse qui loquitur in assisiis Gebenn. judicialiter dominum Aymonem Salanchi dicentem quod dictus Johannes Escuerii minus sufficienter in confectione inquisicionis per ipsum Johannem facte se habuit, et deliberaliter inquisivit de contentis in ipsa inquisicione, requirendo ipse dominus Aymo in iudicio hic Gebenn. quod dicta inquisicio fortius reformaretur. Nescit tamen, ut dicit ipse qui loquitur, si ante vel post quod dicta inquisicio dictis inquisitis publicari proponeretur, ut dicit. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXVI articulo interrogatus, obmissis aliis super quibus non fuit interrogatus, dicit se tantum scire, videlicet quod ipse qui loquitur vidit dictum dominum Aymonem Salanchi plures actus judiciosos advocantem in assisiis Gebenn. pro parte agentis in causa litis super nece dicti monachi de Sernay contra inquisitos de eadem et eorum deffensorum. Tamen ipse qui loquitur dicit se minime recordari si fuit ante vel post dicte inquisicionis publicacionem. Et tamen redicit quod sibi videtur, et post vidit ipsum advocantem. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra dixit. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter dicitur et habetur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non. Et an fuit appensatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda.

Item, Johannes Gay, civis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus super dictis articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super XIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, obmissis precedentibus, dicit quod ipse qui loquitur vidit dominum Aymonem Salanchi requirentem instantissime officarios curie domini vicedogni Gebenn., tam in iudicio quam extra, quod processus formatus per Johannem Escuerii, quondam clericum curie domini vicedogni, reformaretur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXIII<sup>o</sup> interrogatus, dicit quod ipse qui loquitur dici audivit quod dictus Jaquemetus Tromberti se retrassit infra Insulam Gebenn. post rixam inter ipsos badellos et monachum de Sernay habitam, et dictus Gredelletus fuit infra <sup>[125r]</sup> dictam Insulam ductus a domo dicti Gallinat ubi erat. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XXXVI articulo interrogatus, dicit quod dictus dominus Aymo, ut supra dixit, dictum processum requisivit reformandum. Nescit tamen, ut dicit, si ante vel post eis Jaquemeto et Gredelleto alter processus publicari ordinaretur. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Item, Johannes Ban, burgensis Gebenn., testis productus, juravit interrogatus et diligenter examinatus per me jamdictum commissarium super dictis intencionibus et articulis meram dicere veritatem.

Et primo, super primo, II<sup>o</sup>, III<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>, quinto et VI<sup>o</sup> articulis interrogatus particulariter et divisim meram dicere veritatem. Super quibus dicit se tantum <scire<sup>a</sup>>, videlicet quod ipse qui loquitur dici audivit dictum Gredelletum in articulo nominatum fore ribardum, ipsumque Gredelletum fuisse male vite et conversacionis. Aliud nescit de contentis in ipsis articulis, ut dicit.

Super VII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit se dici audivisse contenta in ipso articulo fore vera.

Super VIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit quod vox et fama est quod dicti Jaquemetus et Gredelletus sunt detenti et capti ad eo et pro eo quod inculpantur dictum monachum vulnerasse et verberasse. Aliud nescit de contentis in ipso articulo, ut dicit.

Super XV<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum a XXII<sup>bus</sup> annis proxime lapsis quibus dicit se novisse monachos Sancti Victoris qui pro tempore fuerunt.

Super XVIII<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum de tempore quo supra deposuit.

Super XXVI<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum.

Super XXIX<sup>o</sup> articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus <qualiter<sup>b</sup>> scit, dicit quod ipse qui loquitur nunquam vidit nec dici audivit de ipso monacho de Sernay contrarium contentorum in ipso articulo, et quin fuit talis qualis in ipso esse dicitur articulo.

Super XXXIII articulo interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XXXIII <et<sup>c</sup>> XXXV<sup>o</sup> interrogatus, dicit se nichil scire.

Super XLI<sup>o</sup> articulo interrogatus, <sup>[125v]</sup> dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod contenta in ipso articulo esse vera.

Super XLII articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum de tempore quo supra deposuit, ut dicit.

Super XLIII articulo interrogatus, dicit ipsum articulum esse verum. Interrogatus qualiter scit, dicit quod non vidit nec dici audivit quod illa die in articulo descripta fuit facta aliqua rixa in villa Gebenn., nisi illa que fuit habita inter dictos badellos et monachum de Sernay.

Super articulo de voce et fama interrogatus, dicit esse famam quo ad ea que supra deposuit. Interrogatus quid est fama, dicit quod illud quod communiter et vulgabiliter dicitur inter notos et vicinos.

Interrogatus si prece, precio, odio, dono, amore, timore, favore, et cet., sic suum protulit testimonium, dicit quod non, nisi pro sola et mera veritate dicenda. Interrogatus si fuit instructus, informatus, et cet., ad sic ipsum ferendum, dicit quod non.

Interrogatus quam partem prediligit, dicit quod non plus unam quam aliam.

<sup>a</sup> scire] *suppl. om.*

<sup>b</sup> qualiter] *suppl. om.*

<sup>c</sup> et] *suppl. om.*

## TABLE DES MATIÈRES

|                                                                           |       |
|---------------------------------------------------------------------------|-------|
| Acte du 24 novembre 1402 du notaire Girard <i>Perrussodi</i>              | p. 1  |
| Acte du 21 novembre 1402 du vidomne de Genève Jean <i>de Verneto</i>      | p. 2  |
| Liste des huit articles inquisitoires                                     | p. 3  |
| Liste des dix-huit articles comportant des indices contre les accusés     | p. 4  |
| Interrogatoire de Pierre Servent (24 novembre)                            | p. 8  |
| – de <i>Aymoneta</i> fille de Mermet Donzel (24 novembre)                 | p. 9  |
| – de Mermet <i>Escuerii</i> (24 novembre)                                 | p. 9  |
| – de Guillaume dit <i>Grumal</i> (24 novembre)                            | p. 10 |
| – de Georges de Saint-Michel (24 novembre)                                | p. 11 |
| – de Jean dit <i>Carrons</i> (24 novembre)                                | p. 12 |
| – de Jean <i>Pulliconx</i> (27 novembre)                                  | p. 12 |
| – d'Étienne dit <i>Pattot</i> (27 novembre)                               | p. 13 |
| – de Rolet <i>Salerii</i> (27 novembre)                                   | p. 13 |
| – de <i>Bonus Johannes</i> (27 novembre)                                  | p. 14 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de Pierre <i>Marchant</i> (27 novembre)     | p. 15 |
| – de Jean <i>Frugonx</i> (27 novembre)                                    | p. 15 |
| – de <i>Johanneta</i> , veuve de Perret <i>Busset</i> (27 novembre)       | p. 16 |
| – de Béatrice, femme d'Ansermet <i>Pantasii</i> (27 novembre)             | p. 17 |
| – de <i>Hugoneta</i> , femme d'Étienne <i>de Burgo Novo</i> (28 novembre) | p. 17 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de Mermet <i>Genal</i> (28 novembre)        | p. 18 |
| – de <i>Vontherius</i> dit <i>Monmelliant</i> (28 novembre)               | p. 18 |
| – de <i>Hugoneta</i> , femme d'Étienne <i>Maczones</i> (28 novembre)      | p. 19 |
| – de <i>Aymonetus de Portu</i> (28 novembre)                              | p. 20 |
| – de Mermet <i>Changez</i> (28 novembre)                                  | p. 20 |
| – de Mathieu dit <i>Commoliax</i> (28 novembre)                           | p. 21 |
| – de <i>Hugonetus Cado</i> (28 novembre)                                  | p. 21 |
| – de <i>Aymonetus Barberii</i> (28 novembre)                              | p. 21 |
| – de Laurent <i>Chancez</i> (28 novembre)                                 | p. 22 |
| – de Pierre <i>de Busco de Vers</i> (28 novembre)                         | p. 23 |
| – de Mermet <i>Vullieti</i> (28 novembre)                                 | p. 23 |
| – de Jean <i>Trolieti</i> (28 novembre)                                   | p. 23 |
| – de Pierre <i>Fornerii</i> (28 novembre)                                 | p. 24 |
| – de Nicod <i>de Fago</i> (28 novembre)                                   | p. 24 |
| – de Jean <i>Siclat</i> (28 novembre)                                     | p. 24 |
| – de Pierre <i>Chamossat</i> (28 novembre)                                | p. 25 |
| – de Jean <i>Chanillard</i> (28 novembre)                                 | p. 26 |
| – de Jean <i>Venthons</i> (28 novembre)                                   | p. 26 |
| – de Jean <i>de Salvis</i> (28 novembre)                                  | p. 27 |
| – de Reymond <i>Gantereti</i> (28 novembre)                               | p. 28 |

|                                                                             |       |
|-----------------------------------------------------------------------------|-------|
| – de François <i>de Cruce</i> (29 novembre)                                 | p. 29 |
| – de Jaquemet <i>Voattat</i> dit <i>Rosset</i> (29 novembre)                | p. 31 |
| – de Barthélemy <i>de Allodiis</i> (29 novembre)                            | p. 33 |
| – de Jean <i>Fabri</i> (29 novembre)                                        | p. 35 |
| – de Pierre <i>de Pessay</i> (29 novembre)                                  | p. 36 |
| – d'Aymon <i>de Pitigny</i> (29 novembre)                                   | p. 37 |
| – de Pierre, nourri de Pierre <i>donz Verney</i> (29 novembre)              | p. 37 |
| – de Béatrice dite <i>Mutona</i> (29 novembre)                              | p. 38 |
| – de <i>Buez Danier</i> (29 novembre)                                       | p. 38 |
| – de Jean <i>Marchant</i> (29 novembre)                                     | p. 39 |
| – de <i>Johanneta</i> , veuve de Jean <i>Camerarii</i> (29 novembre)        | p. 39 |
| – de <i>Alexia</i> , femme de Pierre <i>Montion</i> (29 novembre)           | p. 40 |
| – de <i>Ansermeta</i> , fille de Pierre <i>Montion</i> (29 novembre)        | p. 40 |
| – de <i>Marieta</i> , fille de Pierre dit <i>Rosseillions</i> (29 novembre) | p. 40 |
| – de <i>Perroneta</i> , femme d'Hugues <i>Patisserii</i> (29 novembre)      | p. 40 |
| – de Pierre <i>Ysembar</i> (29 novembre)                                    | p. 40 |
| – de Reymond <i>de Sernay</i> (29 novembre)                                 | p. 41 |
| – de Jean <i>de Genthoux</i> (29 novembre)                                  | p. 42 |
| – de <i>Aymonetus Barberii</i> , (29 novembre)                              | p. 43 |
| – de <i>Andrinetus de Bernay</i> (29 novembre)                              | p. 43 |
| – de Rolet <i>Bassen</i> (29 novembre)                                      | p. 43 |
| – de Martin <i>de Nernier</i> (29 novembre)                                 | p. 45 |
| – de <i>dicta Dognier</i> (29 novembre)                                     | p. 45 |
| – de Jean <i>Durandi</i> (7 décembre)                                       | p. 46 |
| – de <i>Hugoninus Patisserii</i> (7 décembre)                               | p. 47 |
| – de Jean <i>Benedicti</i> (7 décembre)                                     | p. 47 |
| – de <i>Jaqueta</i> , fille de Jean <i>Magnin</i> (7 décembre)              | p. 49 |
| – de Marguerite, fille de Pierre <i>Monthion</i> (7 décembre)               | p. 49 |
| – de Pierre <i>Grilion</i> (7 décembre)                                     | p. 50 |
| – de Pierre <i>Vnydo</i> (7 décembre)                                       | p. 51 |
| – de <i>Marieta</i> , veuve de Rolet <i>Correoux</i> (7 décembre)           | p. 52 |
| – de Pierre <i>Ramelli</i> (7 décembre)                                     | p. 52 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de Jean <i>Bocher</i> (7 décembre)            | p. 53 |
| – de Pierre <i>Mothi</i> (7 décembre)                                       | p. 53 |
| – de Jaquemet <i>Tromberti</i> (7 décembre)                                 | p. 54 |
| – de Pierre <i>Catellini</i> (7 décembre)                                   | p. 57 |
| – de Pierre dit <i>Machifert</i> (9 décembre)                               | p. 59 |
| – de <i>dictus Trascens</i> (9 décembre)                                    | p. 60 |
| – d'Étienne <i>Bessonay</i> (9 décembre)                                    | p. 61 |
| – de Guichard <i>Barranz</i> (9 décembre)                                   | p. 62 |
| – de Reymond <i>de Mota</i> (9 décembre)                                    | p. 62 |
| – de Pierre <i>Vauruz</i> (9 décembre)                                      | p. 63 |
| – de Nicod <i>de Avussier</i> (12 décembre)                                 | p. 63 |
| – de Jean <i>de Albergamentis</i> (12 décembre)                             | p. 65 |
| Acte du 10 janvier 1403 d'Aymon <i>de Sernay</i>                            | p. 68 |
| Interrogatoire de Jaquemet <i>Tromberti</i> (12 janvier)                    | p. 70 |
| – de Pierre <i>Gredelleti</i> (12 janvier)                                  | p. 70 |

|                                                                                  |        |
|----------------------------------------------------------------------------------|--------|
| Articles soumis le 31 janvier 1403 par Aymon d'Arere                             | p. 71  |
| Interrogatoire de Rolet <i>Fontanelli</i> (1 <sup>er</sup> février)              | p. 72  |
| – de Guillaume de <i>Rotullo</i> (1 <sup>er</sup> février)                       | p. 72  |
| – de <i>Hugoneta</i> , femme de Vincent <i>Crochon</i> (1 <sup>er</sup> février) | p. 72  |
| – d'Étienne de <i>Veygier</i> (1 <sup>er</sup> février)                          | p. 73  |
| – de Pierre <i>Gredellet</i> (1 <sup>er</sup> février)                           | p. 73  |
| – de Jaquemet <i>Tromberti</i> (1 <sup>er</sup> février)                         | p. 73  |
| Acte des syndics de Genève du 5 février 1403                                     | p. 74  |
| Articles soumis par le procureur fiscal de l'évêque Guillaume Orset              | p. 75  |
| Réponse de Guillaume Orset aux objections concernant ses articles                | p. 85  |
| Acte non daté du procureur des accusés                                           | p. 87  |
| Version antérieure des articles soumis par Guillaume Orset                       | p. 88  |
| Acte du 19 mars 1403 du vidomne de Genève Jean de <i>Verneto</i>                 | p. 97  |
| Interrogatoire de François de <i>Cruce</i> (7 avril)                             | p. 98  |
| – de Jean <i>Chanilla</i> (7 avril)                                              | p. 101 |
| – de Pierre <i>Farido</i> (7 avril)                                              | p. 101 |
| – de Pierre <i>Johannis</i> (7 avril)                                            | p. 102 |
| – de Nicolas <i>Trufeti</i> (7 avril)                                            | p. 103 |
| – de Mermet <i>Vullieti</i> (7 avril)                                            | p. 104 |
| – de <i>Arsias de Ferro</i> (7 avril)                                            | p. 106 |
| – d'Ansermet <i>Pontassii</i> (7 avril)                                          | p. 107 |
| – de Guillaume <i>Sablon</i> (7 avril)                                           | p. 108 |
| – de <i>Andrinetus</i> de Bernay (7 avril)                                       | p. 109 |
| – de Guillaume de <i>Sancto Jorio</i> (7 avril)                                  | p. 110 |
| – de François <i>Veygier</i> (7 avril)                                           | p. 111 |
| – de Françoise, femme d'Ansermet <i>Pontassii</i> (7 avril)                      | p. 113 |
| – de <i>Perroneta</i> , femme de François de <i>Cruce</i> (7 avril)              | p. 114 |
| – de Pierre <i>Servent</i> (7 avril)                                             | p. 114 |
| – de Pierre <i>Gachet</i> (7 avril)                                              | p. 115 |
| – d'Aymonet <i>Barberii</i> (7 avril)                                            | p. 116 |
| – de Jean <i>Bon Jobant</i> (7 avril)                                            | p. 117 |
| – de Pierre de <i>Busco</i> (7 avril)                                            | p. 118 |
| – de <i>Hudriodus Heremite</i> (7 avril)                                         | p. 119 |
| – de <i>Perroneta</i> , femme de Mermet de <i>Saugey</i> (7 avril)               | p. 120 |
| – de <i>Hugoneta</i> , femme d'Étienne <i>Maczonis</i> (7 avril)                 | p. 121 |
| – d'Henri <i>Tissot</i> (7 avril)                                                | p. 121 |
| – de Guillaume <i>Vaulaurens</i> (7 avril)                                       | p. 121 |
| – d'Ansermet <i>Jolay</i> (7 avril)                                              | p. 122 |
| – d'Agnès, femme de Pierre <i>Fansonay</i> (7 avril)                             | p. 122 |
| – de Béatrice, femme de Pierre <i>Saridodi</i> (7 avril)                         | p. 122 |
| – de Pierre <i>Fansonay</i> (7 avril)                                            | p. 122 |
| – de Pierre <i>Monthions</i> (7 avril)                                           | p. 123 |
| – de Pierre <i>Grillion</i> (7 avril)                                            | p. 124 |
| – de Pierre de <i>Chanit</i> (7 avril)                                           | p. 124 |
| – de Pierre <i>Peytou</i> (7 avril)                                              | p. 124 |
| – de Perret <i>Magnini</i> (7 avril)                                             | p. 125 |
| – de Pierre <i>Stabulo</i> (7 avril)                                             | p. 126 |

|                                                                       |        |
|-----------------------------------------------------------------------|--------|
| – de <i>Girarda</i> , veuve <i>dicti Balli Millet</i> (7 avril)       | p. 126 |
| – de <i>Mermeta</i> , femme d'Étienne <i>Fornerii</i> (7 avril)       | p. 126 |
| – de <i>Jaquemmet Fornerii</i> (7 avril)                              | p. 126 |
| – de <i>Perroneta</i> , femme <i>Jaquemmet Fornerii</i> (7 avril)     | p. 127 |
| – de <i>Rolet Fontanelli</i> (7 avril)                                | p. 127 |
| – de <i>Perroneta</i> , veuve d'André <i>Grieria</i> (7 avril)        | p. 127 |
| – de <i>Hugoneta</i> , femme de Vincent <i>Chrochon</i> (7 avril)     | p. 127 |
| – de <i>Mermet de Cretes</i> (7 avril)                                | p. 127 |
| – de Jean, fils de <i>Mermet de Cretes</i> (7 avril)                  | p. 128 |
| – de <i>Jaquemmet Mazon</i> (7 avril)                                 | p. 128 |
| – d'Étienne <i>Fornerii</i> (7 avril)                                 | p. 128 |
| – de Jean <i>Clarmont</i> (7 avril)                                   | p. 128 |
| – de <i>Rolet Baseti</i> (7 avril)                                    | p. 129 |
| – de <i>Conodos Embaginator</i> (7 avril)                             | p. 131 |
| – de Jean <i>Parcher</i> (7 avril)                                    | p. 131 |
| – de Pierre <i>Monthouz</i> (7 avril)                                 | p. 131 |
| – de Pierre <i>Joez</i> (7 avril)                                     | p. 132 |
| – de François <i>de Stabulo</i> (7 avril)                             | p. 132 |
| – de Françoise, fille de Durand <i>Gonteron</i> (7 avril)             | p. 133 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de <i>Johannetus Leonis</i> (7 avril)   | p. 133 |
| – de <i>Girard de Burdignins</i> (7 avril)                            | p. 133 |
| – de <i>Reynandus Gontereti</i> (7 avril)                             | p. 136 |
| – de <i>Jaqueta</i> , servante de Pierre <i>Monthion</i> (7 avril)    | p. 137 |
| – de <i>Marieta</i> , servante de <i>Johanneta de Cruce</i> (7 avril) | p. 138 |
| – de Pierre <i>Georgii</i> (7 avril)                                  | p. 138 |
| – de <i>Girard Gontereti</i> (7 avril)                                | p. 139 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de Nicolet <i>Genal</i> (7 avril)       | p. 141 |
| – d'André <i>de Prato</i> (7 avril)                                   | p. 141 |
| – de Boniface <i>Pentelli</i> (7 avril)                               | p. 142 |
| – de Pierre <i>Curtilliert</i> (7 avril)                              | p. 142 |
| – de <i>Johanneta</i> , femme de Pierre <i>Marchiandi</i> (7 avril)   | p. 143 |
| – de Guillaume <i>Magnin</i> (7 avril)                                | p. 143 |
| – de <i>Girard Gardelli</i> (7 avril)                                 | p. 144 |
| – de Perrod <i>Pillichet</i> (28 avril)                               | p. 145 |
| – d'Ansermet <i>Poret</i> (28 avril)                                  | p. 145 |
| – de Pierre <i>Sine Terra</i> (28 avril)                              | p. 146 |
| – de Pierre <i>Veygier</i> (28 avril)                                 | p. 147 |
| – de Reymond <i>de Sancto Victore</i> (28 avril)                      | p. 148 |
| – de Jean <i>Borchar</i> (28 avril)                                   | p. 149 |
| – de Pierre <i>Maiores</i> (28 avril)                                 | p. 150 |
| – d'Étienne <i>de Ponte</i> (28 avril)                                | p. 151 |
| – d'Étienne <i>Terde</i> (28 avril)                                   | p. 152 |
| – de François <i>Camerarii</i> (28 avril)                             | p. 153 |
| – d'Humbert <i>Lullinis</i> (28 avril)                                | p. 155 |
| – de Jean <i>Fabri</i> (28 avril)                                     | p. 156 |
| – de Jean <i>Bertheti</i> (28 avril)                                  | p. 158 |
| – de <i>Girard de Sancto Germano</i> (26 avril)                       | p. 160 |

- de *Stephaneta*, femme de Jean *Bertheti* (26 avril) p. 162
- de Guillaume *Lombardi* (30 avril) p. 163
- de Jean *Gay* (30 avril) p. 163
- de Jean *Ban* (30 avril) p. 164